ARGVMENTVM *de emphyteoſi ad feudum, & è contra, de feudo ad emphyteoſim quando eadem datur ratio, & iuris regulæ non repugnant, validum eſt*, l. 1. § fin. iūcta gloſ. D. ſi ager vectig. cap. 1. §. Rei autem, de inueſtit. de re alien. fact. in vſib. feud. Euerard. in topic. legal. loco, 12. Cantiunc. in 2. ſpecie loci à ſimili, Tiraq. in tract. Lemort. p. 4. declar. 6. nu. 2. Couar. variar. lib. 2. cap. 18. num. 1. Brunor. à Sole in locis commun. verb. Arguere, 1. Menoch. conſ. 16. num. 2. conſ. 111. numer. 59. & conſ. 129. nu. 2. Surd. deciſ. 95. num. 25. & 26. deciſ. 118. num. 5. & deciſ. 290. nu. 15. & conſ. 75. num. 13. conſ. 208. num. 9. conſ. 338. num. 33. & conſ. 402. nu. 24. & de aliment. tit. 4. q. 10. num. 15. Valaſc. de iure emphyt. q. 39. num. 19. Cald. Pereir. de poteſt. eligend. cap. 11. num. 43. & de nomin. emphyt. quæſt. 17. num. 28. & de renouat. emphyt. q. 9. num. 17. & de extinct. emphyt. cap. 3. num. 1. Anton. Monach. deciſ. Florent. 61. num. 3. Cæſar Argel. de contradict. legitim. quæſt. 16. n. 18. Melchior Phœb. deciſ. 13. num. 7. Tuſch. lit. A, 418

conclu,

Digitized by Google

concluſ. 507. num. 34. Corbul. de iure emphyt. ſub tit. de cauſ. priuat. ob non ſolutum canon. ampliat. 37. in fin. Ouid. de Amic. co 1. tract. in præfat. num. 18. & quæſt. 1. nu. 2. quæſt. 3. nu. 10. q. 5. nu. 5. q. 6. numer. 10. q. 8. num. 2. q. 11. num. 3. & 13. & q. 14. num. 2. & 7.

419 *De feudo vero ad alios contractus, non valere argumentum aſſerit* Seraphin. de priuileg. iurament. priuileg. 49. num. 24.

De emphyteoſi ad maioratū.

420 ARGVMENTVM *de emphyteoſi ad maioratū, ſi diuerſitatis ratio nō detur valet, ita* P. Molin. de iuſtit. & iur. tract. 2. diſput. 631. nu. 1. Melchior Phœb. deciſio. 96. num. 8.

De emphyteoſi ad vſum fructū.

421 ARGVMENTVM *de emphyteoſi ad vſum fructum, validum eſt,* Cald. Pereir. de renouat. emphyt. q. 18 num. 1. Petr. Barboſ. in leg. Diuortio, §. fin. part. 2. num. 49. D. ſolut. matrim.

Ab ethymologia.

422 ARGVMENTVM *ab ethymologia plurimum ad rei ipſius, de qua agitur, naturam, & eſſentiam declarandam, ſolet cōducere, vt per* Sayr. de Sacrament. in gener. lib. 1. cap. 1. in princip. *Validumque eſt in iure, nec dum probabile, ſed vtile, & multum frequēs,* l. 2. §. Appellata, D. ſi cert. pet. l. 1. D. de furt. l. 1. D. de acquir. poſſeſſ. l. 1. D. de iuſt. & iur. l. 1. D. de teſtamēt. l. 1. D. de nouat. l. 1. D. de pact. princip. inſtitut. quib. mod. re contrah. obligat. princip. inſtit. de teſtam. Euerard. in topic legal. loco, 6. Cantiunc. loco. 3. Petr. Andr. Grammat. in dialect. legal. lib. 1. loco, 3. Garc. Falcon regul. 46. Thob. Nonius ad princip. inſtit. de teſtam. numer. 31. Gonçal. ad reg. 8. Cancel. gloſ. 9. §. 1. num. 5. Pichard. in diſput. de mora, num. 5. Flamin. de confident q. 26. numer. 8. Monet. de diſtribut. quotid. part. 1. quæſt. 1. num. 7. *exornauimus*, Nos de priuileg. pauper. & miſerab. perſon. q. 1. num. 16.

Non valet tamen, vbi communis vſus loquendi repugnat, Euerard. dict. loco, Anton. Monach. deciſ. Lucenſ. 13. num. 53. 423

Nec concludere argumentum hoc ab alluſione vocabuli, licet arrideat, reſoluit Anton. Monach. dict. deciſion. 13. numer. 52. *Et ſiuè* 424

ſiuè affirmatiuè, ſiuè negatiuè cõcipiatur, neceſſario non concludere, probat Thobias Nonius ad princ. inſtit. de teſtam. nu. 30. *Alluſionemq́, dicunt antiqui omnes, vt oſtendit* Ripa in dict. l. 1. n. 18. D de acquir. poſſ. Cuiac. obſeruat. lib. 1. cap. 37.

425 *Validum tamen à vi verbi argumẽtum eſſe, notari ſolet, vt per* Mandoſ. ad regul. Cancel. regul. 2. q. 5. nu. 115. Pichard. in diſput. de mora, num. 5. *Quod vtique negatiuè omnino eſt efficax, nõ affirmatiuè, niſi ratio inuentionis vocabuli aliud induceat, aut ab eo, quod olim, & frequentiùs obſeruatur deductum ſit, ex eod.* Pichard. in §. 1. n. 11. inſtit. de tutel. Euerard. d. loco 6. Thom. de Thomaſet. reg. 38.

De feudo ad maioratum.

426 ARGVMENTVM *de feudo ad maioratum, confici poteſt* Anton. Gam. deciſ. 51. num. 5. Couar. lib. 1. variar. cap. 15. n. 14. Rojas in epit. ſucceſſ capit. 20. num. 89. Mart. de clauſ. p. 2. clauſ. 78. nu. 3. & 5. Anton. Gomez in leg. 40. Taur. num. 91. *quos cum multis alijs refert* Mieres de maiorat. 1. part. quæſt. 6. numer. 26. *Non eſſe tamen validum, niſi in feudis aliquod ius commune ſit expreſſum, dicit* Molin. de primog. lib. 1. cap. 7. à princip. & num. 5. *vel niſi detur eadem ratio, & iuris regulæ non repugnent, vt per* Couar. lib. 1. variar. capit. 18. numer. 1. & Mieres dicta quæſt. 6. numer. 20. & 29. *ubi alios huius ſententiæ adducit.*

A feudo ad Regnum.

ARGVMENTVM *à feudo ad Regnum valet* Molin. de primog. lib. 1. cap. 7. num. 1. Alex. Raudenſ. de ſucceſſ. Regni Portugal. reſp. 2. num. 96. 427

De feudo ad ius patronatus, & è contra.

ARGVMENTVM *De feudo ad ius patronatus, validum eſt* Aloyſ. Ricc. in praxi rer. for. Eccleſ. deciſ. 199. numer. 223. & deciſ. 220. numer. 319. prima editione, & reſolut. 181. nu. 4. in ſecũda editione, *quo ad modum ſuccedẽdi,* Lambert. de iure patron. lib. 1. art. 8. quæſt. 3. princip. 1. p. & Decian. conſ. 32. numer. 12. lib. 1. 428

E *Et*

429 Et è conuerſo de iurepatronatus ad feudum, Menoch. conſ. 161. num. 43.

De feudo ad fideicommiſſum, & è contra.

430 ARGVMENTVM de feudo ad fideicommiſſum, & è contra valet Menoch. conſ. 16. nu. 3. conſ. 89. nu. 65. conſ. 116. n. 29. conſ. 124. nu. 39. conſ. 161. nu. 40. & conſ. 215. num. 183. conſ. 275. nu. 12. conſ. 277. n. 32. & conſ. 315. nu. 38. Nicol. Intriglio de feud. cent. 2. ar. 73 nu. 11. & 12. & deciſ. 33. nu. 78. lib. 1. Cæſar Manent. deciſ. 2. nu. 19. & deciſ. 109. nu. 8. Petr. de fideicōmiſ. q. 8. nu. 323. Pereg. eod. tract. Artic. 27. nu. 4. Surd. conſil. 427. n. 37. Fuſar. de ſubſtit. q. 378. nu. 14. Mari. Giur. in conſuetud. Senat. Meſan. cap. 13. gloſ. 2. num. 9. per quem limita.

A fideicommiſſo ad maioratū.

431 ARGVMENTVM à fideicōmiſſo ad maioratū valet, Peralta in l. 3. §. Qui fideicōmiſſa, nu. 91 ad fin. D. de hæred. inſtit. Molin. de primog. lib. 1. c. 1. n. 7. Valaſc. de iur. emphyt. q. 50. num. 29. Fideicommiſſum enim familiæ relictum, in omnibus fere maioratui aſſimilatur, vt omnibus Hiſpaniæ Doctoribus tradit explicans Molin. vbi proximè, & alij, vt per Ioān. Garc. de Expenſ. c. 16. nu. 3. in fin.

De fideicommiſſo ad Regnū.

ARGVMENTVM de fideicommiſſo ad Regnum, vel aliam ſucceſſionem ex cauſa neceſſaria debitam valet, vt per Alexand. Raudenſ. de ſucceſ. Regni Portug. reſponſ. 2. num. 36. 432

De fructuario ad emphyteutam, & de vſufructuario.

ARGVMENTVM de fructuario ad emphyteutam validum eſt, vt per Cald. Pereyr. de renouat. emphyt. quæſt. 18. nu. 15. Pet. Barboſ. in l. Diuortio in princip. par. 2. n. 19. D. ſolut. matrim. Valaſc. de partit. cap. 31. nu. 8. & 9. 433

Et de vſufructuario ad emphyteutam vaſſallum, maioratus poſſeſſorem, & clericum validū argumentum dicit Ioann. Garc. de expenſ. cap. 12. num. 47. allegat Molin. de Hiſp. primog. cap. 7. num. 8. Pinell. in leg. 1. C. de bon. mater. par. 2. num. 72. verſ. 434

Digitized by Google

72. verſ. Secundo ampliatur, Aluar. Valaſ. de iure emphyt. quæſt. 26. numer. 1. ſtatim poſt princip. *De maioratu ad vſufructum infrà* num. 462. *& de maioratu ad Regnum infrà* num. 460. *& é contra, ibi* num. 461.

De gabella ad laudemium.

35 ARGVMENTVM *de gabella ad laudemiū valet*, DD. in l. Ab ēptione, D. de pactis, Surd. decis. 31. n. 10. Stephan. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 180. num. 10.

De genere ad ſpeciem

36 ARGVMENTVM *de genere ad ſpeciem, validum eſt*, l. 7. D. ſi cert. pet. Euerard. in topic. legal. loco 6. Cantiunc. loco 7. Petr. Andr. Gammar. in dialect. legal. lib. 1. loco 7. *Valet tamen affirmatiué prædicamentaliter, non illatiué, ex* Ludouic. Rodolphin. variar. quæſtion. lib. 2. quæſt. 51. nu. 22. *Valetque negatiué ſumptum, non affirmatiué, reſoluit* Thob. Non. ad princip. inſtit. de teſtam. num. 32.

37 *Et é contra*, ✝ *de ſpecie ad genus valet argumentum*, Euerard. loco 7. Cantiunc. loco 8. Gammar. loco 8.

Ab impoſſibili.

ARGVMENTVM *ab impoſſibili validum eſt*, l. Si deceſſerit, D. qui ſatiſd. cog. Euerard. in topic. legal. loco 78. Petr. Andr. Gammar. in dialectic. legal. lib. 1. loco 16. Menoch. conſ. 332. numer. 10. & conſ. 339. num. 8. 438

Ab incluſione vnius ad excluſionem alterius.

ARGVMENTVM *ab incluſione vnius, ad excluſionem alterius valet* Menoch. conſil. 14. numer. 14. conſ. 98. numer. 76. *Niſi ſequeretur abſurdum. Idem* Menoch. conſ. 82. num. 49. *Vnius namque incluſionem, alterius excluſionem eſſe, contineréque notabimus*, verb. incluſio. 439

Ab inconuenienti.

ARGVMENTVM *ab inconuenienti eſt efficax, vt per* Euerard. in topic. legal. loco 92. Marc. Anton. Genuenſ. in practicab. Eccleſ. q. 160. 440

De iudicijs ad vltimas voluntates, & é contra.

ARGVMENTV *de iudicijs ad vltimas volūtates validū eſt*, 441

eſt, l. Quæ teſtamento, §. Quæcumq; verſ. In omnibus, D. de teſtam. Cantiunc. in topic. legal. in 11 ſpecie à ſimili Menoch. conſ. 162. nu. 10. Cald. Pereyr. de empt. cap. 9. nu. 14.

442 *Et è contrá de vltimis voluntatibus ad iudicia*, l. 2. §. 1. D. de tutel. Cantiunc. vbi proximé, Cardinal. Tuſchul. lit. A. concluſ. 507. nu. 3. Euerard. in topic. legal. loco 21. *vbi intelligit ſi formetur affirmatiue,*
443 *quiá quod poteſt teſtator,* † *poteſt & iudex*, l. Nó eſt mirum, & ibi Bar. D. de pignor. act. l. Solent vbi gloſ. & Bart. D. de alim. & cibar. legat. leg. Seruus hac lege, D. de manum.

De iudiciis ad arbitria.

444 ARGVMENTVM *de iudiciis ad arbitria valet* leg. 1. D. de arbitr. Cantiunc. in Topic. legal. nu. 1. inſpect. loci à ſimili. Euerard. loco à iudiciis ad arbitria.

De legato ad donationem.

445 ARGVMENTVM *de legato ad donationem validum eſt. Legatũ namq; quædam eſt donatio*, l. Legatũ, 119. D. de legat. 1. §. 1. inſtit. de legat. §. 1. inſtit. de legat. Anto. Gomez variar. 1. tom. 1. capit. 12. num. 3. Donell. in comment. iur. ciuil. lib. 8. capit. 1. Cardin. Mantic. de coniectur. vltim. voluntat. lib. 1. tit. 4. num. 9. Cardin. Tuſch. lit. A. concluſ. 495. num. 3. & concluſ. 511. num. 4. Marc. Anton. variar. lib. 1. reſolut. 59. numer. 5.

A Legato ad beneficium.

ARGVMENTVM *á Legato ad beneficium valet*, leg. Legatum, D. de legat. 2. cap. Qui ad diuerſitatem de cóceſ. præbend. Cardin. Tuſch. lit. A. concluſ. 506. num. 3. & concluſ. 507. num. 1. 446

De legato libertatis ad legatum piæ cauſæ.

ARGVMENTVM *à Legato libertatis ad legatũ piæ cauſæ, validum eſt*, Menoch. de præſumpt. lib. 4. quæſt. 116. num. 31. *iunctis notatis infrá proximé*, numer. 453. 447

A legibus communibus Romanis ad ordinationem ſucceſſionis.

ARGVMENTVM *de legibus communibus Romanis ad ordinationem ſucceſſionis Regnorum valet*. Alex. Raudeſ. de ſucceſſ. 448

ceſſ. Regni Portugal. reſponſo 2. num. 63. & 64.

De legitima ad debitum ex ſtatuto.

449 ARGVMENTVM *de legitima ad debitum ex ſtatuto validum eſt, vt per* Surd. deciſ. 19. nu. 7.

De legitimatione ad adoptionem.

450 ARGVMENTVM *de legitimatione ad adoptionẽ valet, notat. in* l. In adoptionem, l. 1. C. de adopt. & in l. 1. D. ad municip. *reſoluunt* Gom. in l. 9. Taur. nu. 62. verſ. Secundo, Surd. conſ. 317. n. 33. Barboſ. in l. Quæ dotis, num. 164. D. ſolut. matrim.

De libertate ad legitimationẽ.

451 ARGVMENTVM *de libertate ad legitimationẽ validũ eſt, vt per* Tiraq in l. Si vnquã verb. Donatione largitus, nu. 287. C. de reuoc. donat.

Ab ingenuitate, ad legitimitatẽ, & à ſeruitute ad legitimitatem.

452 AB *ingenuitate ad legitimitatem, & ſpurietatem argumẽtũ procedit,* Modeſt. Piſtor, cõſ. 7. num. 10. lib. 2. Cæſar Manent. conſ. 238. nu. 9. & num. 65, *vbi quod etiam valet argumentum ab ingenuitate ad legitimitatẽ, & naturalitatẽ allegat* Beroi. conſ. 26. num. 2. in 2.

Et à ſeruitute ad legitimitatẽ 453 Barthol. Cæpol. conſ. 50. nu. 6. in 2. ciuil. Manent. dict. cõſ. 238. num. 9.

De libertate ad pias cauſas, & è contra.

ARGVMENTVM *de libertate ad pias cauſas, & è contra procedit,* l. 1. §. Sin autem, C. de comm. ſeruo manumiſſ. l. Contra, C. de teſtam. mand. l. Cum inter, C. de fideicõmiſ. libert. l. 2. tit. 22. p. 4. & ibi Gregor. & in l. 3. verb. Razon. tit. 12. p. 5. Euerard in top. legal. loc. 23. Cantiunc. in 13. ſpecie loci à ſimili, Surd. de aliment. tit. 8. priuileg. 17. nu. 4. Tiraquel. de priuil. piæ cauſ. in præfat. verſ. Item legatum libertatis, & priuileg 9. ad fin, & in l. Si vnquam, verb. Donatione largitus, n. 269. & n. 229. C. de reuoc. donat. & de iure mariti gloſ. 8. n. 116. Bened, Aegid. in rep. l. 1. C. de Sacroſ. Eccleſ. 454

p.3.§.2.nu.56.& p.5.§.3.nu.2.verſ.Cuius text. Cardin. Tuſch.lit.A,concluſ.507.nu.32.

De loco ad perſonam, & è cõtra.

455 ARGVMENTVM *de loco ad perſonam, & è contra, validũ eſt*, l.1.§.Offilius, D.ne quis eũ, qui in ius voca.eſt vi exim. in d.l.2.eod.tit.cap.Peruenit iũcto.cap.Cum Eccleſia, extra de immunit.Eccleſ.Euerard.in topic.legal.loco 41. Cantiunc.in 28.ſpecie loci à ſimili Cardin. Tuſch.lit.A,concluſ.505.n.3.

De loco ad tempus, & è cõtra. De tempore ad quantitatem, De tẽpore ad cauſas, Et de tẽpore ad tempus.

456 ARGVMENTVM *de loco ad tempus valet*, l.Vinum, vbi Bart.nu.2,D.ſi cert.pet. Iaſ.in l.Admonendi,num.201.D.de iur.iur.Euerard.in topic.legal.loco 48. Marc. Anton. variar. lib.2.reſolut.40.nu.8. & lib.3. reſolut.fin.nu.6.Menoch.conſ.132.nu.12. Ferrer. in conſtitut. Cathalon.gloſ 2.nu.148. Barboſ.in leg.Hæres abſẽs in princip.num.169.D.de iudic.Cardin.Tuſch.lit.A.concluſ.505.

457 *Præter quam vbi diuerſitatis ſub eſt ratio*, Iaſ.in l.Et ſi inutiliter,nu.10.C.de fideicommiſ. *quem citat* Marc. Anton. dict.reſolut.fin.numer.7.

Et è conuerſo de tempore ad locum validum eſt, dict.leg.Vinũ, & ibi Bart.l.Ratio, §.Si per vẽditorem, vbi etiam Bart.D.de action.empt.Euerard. dict. loco Cantiunc. in 27. ſpecie loci à ſimili, Surd.conſ.270. nu. 14. Farinac.part.1.prax.crim.quæſt 34.num.171. Stephan. Gratian. diſcept.128.nu.8.Cardin.Tuſch.dict.concl.505.& concl.507 num.24.Petr.Barboſ. vbi proximè.Mari.Anto.variar,lib.3. reſolut.30.nu.6. 458

Et de tempore ad quantitatem, l.Miles,ita,D.de milit. teſtam. in princip. 459

Et de tempore ad cauſas, Paul. Leo de ſubſtitut.cap.1.nu.105. 460

De tempore, ad tempus, notabimus infrà num.500.

De maioratu ad Regnum, & è contra.

ARGVMENTVM *de maioratu ad Regnum validũ eſt, vt per* Molin.de primogen.lib.3.cap.7.num.17.Alexand.Raudenſ.de ſucceſſ. Regni Portug. 461

reſponſ.

reſponſ 2.num. 114.

462 *Et è contra de Regno ad maioratum, ex multis citatis per* Cabed.deciſ.51.nu.9.part.2.*quibus adde,* Alex.Raudéſ.vbi proxime.

De maioratu ad vſumfructum, & è contra.

463 ARGVMENTVM *de maioratu ad vſumfructum valet, vt per* Molin.de primog.Hiſp. lib. 1.cap 7.nu.1.cap.7. nu. 1. Gamm deciſ.350.numer.1.

464 *Et è contra tradidimus ſupra, num.* 433.

De maiori ad minus, & è conuerſo.

465 ARGVMENTVM *de maiori ad minus validum eſt*, leg In ſuis in fin.D.de liber.& poſthum.l.Nec in ea 22.D. de adulter. auth. Multo magis, C. de Sacroſ. Eccleſ.cap. Si ergo 8.quæſt.1.cap.Si paulus, & ibi gloſ.32 quæſt 5.cap.Per venerab lem, qui fil. ſint legitim. Euerard. in topic. legal. loc. 66. Petr Andr. Gammar. in dialect. legal.lib 2.loco a maiori ad minus, Roland. conſ. 15.num.41.lib. 1.Crauet.cōſ. 290.num.7.& conſ. 326. nu. 10.Flam.de reſign lib. 1.quæſt 13.num.19.& de cōfid. quæſt. 20.num 4.Ceuall. Commun. contra commun. quæſt. 780. num.205.Gonçal.ad regul.8. Cancel. gloſ. 9.§.2.nu. 24.P. Sanch.de matrim.lib.8. diſp. 1.num.21.Farinac.prax.crim. 4.part.conſ 60.num. 109.

Intellige quando ſumitur negatiuè, non affirmatiuè, vt per Surd.de aliment.tit.9. q. 1.n. 11.Thom de Thomaſet.in florib.leg.regul.53.Ignac.del Villar inSylua reſponſor.reſpōſ. 16.cap.4.nu.4.Cardin.Tuſch. lit. A. concluſ. 501. *vbi* num. 10. *affirmatiuè valere declarat, quando maius, & minus ſunt eiuſdē qualitatis, ſecus ſi diuerſa.* 466

Et validum eſt in ſtatutis, & etiam in correctoriis, quando ad caſum in quo maioritas, vel paritas rationis concludit, verba trahi poſſunt, Ita Anton.Monach. Lucenſ.deciſ.64.nu.26.& 27. Flamin.dict.quæſt. 20. nu. 6. *qui etiam in materia odioſa, n. 5.locum habere aſſerit.* 467

Non valet tamen in mandatis, Tiraquel.in leg. Si vnquam verb. Libertis,nu,59.C.de reuoc.donat. Nauar. de reddit. Eccleſ.q.3.monit,10.nu.2. 468

469 *Nec in diſpenſationibus locũ habet, vt per* Couarr. de ſponſa. lib. p. 2. cap. 8. §. 8. n. 11. Molin. de primog. lib. 5. c. 4. nu. 48. & ſeq. Nauar. vbi proxime, Brun. a Sole in locis commun. verb. Diſpenſationes ſunt odioſæ, Surd. deciſ. 268. num 20. & 21. Cald. Pereyr. de nomin. em phyt. q. 21. nu. 65. Gutierr. Canonic. lib. 2. capit. 15. nu. 124. Rendin. in promptuar. recept. ſentent. tom. 1. tit. 29. nu. 12. P. Molin. de iuſtit. & iur. tom. 3. tract. 2. diſp. 591. nu. 2. Sãch. d. diſput. 1. num. 32. & diſput. 24. num. 17. *Diſpẽſatio enim eſt*
470 *odioſa, & ſtrictam † recipit interpretationem*, cap. 1. in fin. de fil. præsbyt. in 6. cap. Quod dilectio de conſang. & affinitat. Matienç. in l. 10. gloſ. 1. nu. 7. tit. 8. lib. 5. nouæ Reg. collect. Girond. de priuileg. ſeu excep. explicat. n. 1121. Mar. Ant. variar. lib. 3. reſol. 2. nu. 18. & 21. lib. 1. reſolut. 19. nu. 14.

471 *Et é conuerſo de minori ad maius validum, & receptiſſimũ eſt argumentum* d. auth. Multo magis Euerard. loco 65. Gammar. loco de minori ad maius eod. lib. 2. Surd. deciſ. 254. nu. 15. & dict. q. 1. nu. 12. Thom. de Thomaſet. regul. 52. Farin. d. p. 4. conſ. 65. num. 84. Ouid. de Amic. de iure emphyt. q. 24. nu. 2, & q. 84. n. 6. *negatiue ſumptum*, Surd. conſ. 453. n. 18.

Ac etiam in delictis locũ ha- 472
bet Maſcard. de probation. cõcluſ. 1253. num. 2. *Si affirmatiué concipiatur, ex eod.* Farin. part. 1. quæſt. 24. numer. 10. *In*
mandatis † tamen non procedit, 473
vt per Tiraq. vbi ſupra.

A maioritate, vel paritate rationis.

ARGVMENTVM *á maio-* 474
ritate, vel paritate rationis, validum eſt, Surd. conſ. 383. num. 14. *Etiam in correctoriis ad declarandum dubium, non ad extendendum diſpoſitionẽ.* Ant. Monach. Lucẽſ. deciſ. 64. á n. 35. Cæſar Argel. de contradict. legit. quæſt. 2, nu. 204.

Non procedit tamen in ſtatu- 475
tis, Farinac. in praxi crimin. part. 4. conſ. 65. num. 123. *quãdo ratio non eſt expreſſa, idem* Anton. Monach. Lucẽſ. deciſ. 66. num. 20.

Nec in pœnalibus, ex Nicol. 476
Garc. de benefic. par. 11. cap. 10

nu

Digitized by Google

num.206.

477 *Nec denique procedit in priuilegiis ex* text. in l. Quod vero, iuncta l. Ius ſingulare, D. de legib. capit. Porro de priuileg. capit. Quæ á iure de regul. iur. lib. 6. P. Ioan. de Salas tractat. de legib. diſp. 17. § 6. & 8. P. Suar. eod. tract. lib. 8. capit. 28. á num. 11. cum ſeqq. *& alij de quibus* P. Sãch. de matr. lib. 8. diſp. 1. â nu. 31. cum ſeqq. Ioan. Petr. Monet. tract. de diſtribut. quotid. part. 2. q. 14. nu. 11. vbi in nu. 12. *aſſerit tunc priuilegium extẽdi, cũ alias redderetur inutile, per* cap. In his de priuileg. & nu. 13. *Vel quando ſpeciali ſtatuto derogaretur, & res ad ius reduceretur commune, per* gloſ. in cap. Statutũ, verſ. Numerandum de Præbend. in 6. & nu. 14. *Vel quando priuilegiũ contra ius iure ſuadente cõceditur, &* nu. 15. *aut quotieſcũq; de mente Principis tertio præiudicare volentis, conſtaret.*

A mandato procuratorio ad mandatum iuriſdictionis.

478 ARGVMENTVM *á mandato procuratorio, ad mandatum iuriſdictionis, valet, vt per* Menoch. de præſumpt. lib. 2. quæſt. 18. num. 32.

De matrimonio carnali ad ſpirituale.

ARGVMENTVM *de matrimonio carnali ad ſpirituale validum eſt*, auth. Niſi rogati, & ibi notat. C. ad Trebel. capit. Cum inter canonicos de elect. cap. penult & vlt. de trãſlat. Prælat. Euerard. in topic. legal. loco 33. Cantiunc. in 23. ſpecie loci á ſimili Hyppol. ſingul. 215. incip. Validũ eſt, Tho. de Thomaſet. in florib. leg. regul. 51. Gomez in l. 29. Taur. num. 14. Vincent. de Frãc. deciſ. 46. nu. 2. par. 1. Viu. deciſ. 255. nu. 39. lib. 2. Sarmien. de reddit. par. 4. cap. 6. nu. 11. Palac. in cap. Per veſtras, §. 11. n. 3. de donat. inter Boer. deciſ. 1. nu. 18. Mencha. illuſt. c. 35. nu. 20. Menoch. de præſumpt. lib. 4. quæſt. 83. num. 11. & quæſt. 189. numer. 90. & conſ. 245. num. 8. Gutier. in repet. capit. Quamuis pactum, verb. Dum nuptui tradebatur, num. 1. de pact. in 6. Bened. Aegid. in repet. l. Titia, par. 1. nu. 53. D. de condit. & de moneſt. & in rep. l. 1. C. de Sacroſ. Eccleſ. part. 479

4.§.1.num. 20.Marc.Anton. Genuenſ.in practicab.Eccleſ. quæſt.138.nu.2. & quæſt.261. num.2.& quæſt.778.nu.2.Ceped.Canonic quæſt.35.num. 2.Franc.Molin. de ritu nupt. lib.2.differ.3.num.20. & differ.7.numer.69 & lib.3.q.99. numer.2.Cardinal.Tuſch,lit. A, concluſ.506. numer.2. & concluſ.507.num.18. Seſſ.deciſ.171.numer.2. & deciſ. 45. num.24. & 51.*vbi non procedere dicit in odium tertij.*

A milite armato ad aduocatũ.

480 ARGVMENTVM *à milite armato ad aduocatum valet: militibus enim ſeu equitibus aduocati æquiparantur, vt enim illi armis, ita legibus hi hominum vitas defendere dicuntur*, l. Aduocati, C de aduocat. diuerſ. iudic. Caſſan e. in catalog. glor. mund. part 7. conſid. 28. Tiraquel. de nobilit. à num. 11. Matienç. in dialog. relator. par. 1. cap. 9. num. 4. Ioan. Garc. de nobilit. gloſ. 35. nu. 10. Bacc. de inope debit. cap. 16. à num 148. Sayr. in claui Regia, lib. 12. cap. 22. Bernard. Græue. ad pract. Camer. Imper. lib. 1. concluſ. 43. num 7. Camill. Borrell. in ſum. deciſ. tit 65. num. 20. & 21. Mendez à Caſtro in praxi Luſit. lib. 1. c. 3. nu. 27.

Limitat tamen argumentũ hoc in pœnalibus, & odioſis, in quibus procedere negat Benedict. Ægid. in tractat. de iure, & priuileg. honeſtatis art. 8. nu. 18. 481

De milite armatæ militiæ, ad militem cæleſtis.

ARGVMENTVM *de milite armatæ militiæ, ad militẽ cæleſtis militiæ recipitur, & valet* Gloſ. & DD. in leg. Miles, in princip. D. de re iudic. gloſ. in l. Milites, C. locat cap. Degradatio, de pœn. lib. 6. Euerard. in topic. loco 22. Cantiunc. in 12. ſpecie loci à ſimili, Melch. Phæb. deciſ. 88. nu. 3. Didac. Perez in leg. 1. tit. 1. lib. 4. Ordinam. verſ. Alia, 2. eſt pag. mihi 765. *ad multa inde inferens, &* in l. 8 tit. 11. eod. li. gloſ. vnic. Alphonſ. Modit. infrà proxime referendo loco, num. 1. Benedict. Ægid. in repet. l. 1. C. de Sacroſ. Eccleſ. p. 2. §. 1. num. 16 *vbi num. 2. Item aſſerit in exorbitantibus, &* num. ſequent. *quod procedit* 482

in ca-

in caſibus eandem rationem habentibus.

483 *Non intelligitur in clerico minorum ordinum, nec quando diſſimilis ratio inter vtrumque reperitur, vt per eundem* Aegid. tractat. de iur. & priuileg. honest. art. 8. nu. 27. Didac. Perez in d. l. 1. tit. 8. lib. 4. Ordinam. verſ. Ad vnum pag. 766. Alphonſ. Modit. dubit. & reſol. lib. 2. dubitat. 210. num. 2. *vbi in exorbitantibus à iure communi in milite armatæ militiæ diſpoſitum, in alio æquiparationis prætextu non procedere firmat.*

De morte ciuili ad naturalem, & é contra.

484 ARGVMENTVM *de morte ciuili, ad naturalem, & é contra, validum eſt in caſibus à iure expreſſis, in quibus eundem operatur effectum, aut quãdo eadem militat ratio, vel mens diſponentis ita ſuadet, text. in* leg. Deo nobis fin C. de Epiſcop. & Cleric. gloſ in cap. Placuit, verb Mortuus, 16. quæſt. 1. & in capit. Suſceptum, verſ. Non morte de reſcript. in ſexto. Alexand. in leg. Gallus, §. Et quid ſi tantum, nu. 2. D. de liber. & poſthum. vbi Acoſta, p. 2. nu. 13. Caſan. in conſuetud. Burg. rubr. 4. §. 4. Suar. alleg. 20. num. 20. Pelaez de maior. p. 2. quæſt. 3. n. 36. Boer. deciſ. 316. nu. 6. Molin. de primog. lib. 1. cap. 13 nu. 94. Menchaca de ſucceſ. creat. §. 21. nu. 172. verſ. Eſt tamen Sebaſt. de Medic. in tract. mors omnia ſoluit, par. 1. numer. 47. Menoch. conſ. 388. num. 23. conſ. 980. lib. 10. An. Rober. rer. iudic. lib. 4. cap. 16. Alexand. Trentac. de ſubſtit. par. 4. cap. 6. n. 4. Auendan. in l. 4. Taur. gloſ. 4. numer. 2. & 3. Craſ. in § Fideicommiſſum, quæſt. 41. in fin. Honded. conſil. 62. volum. 1. Alex. Raud. de analog. lib. 1. cap. 34 num. 319. & num. 520. Gutier. canonic. lib. 2. capit. 1. num. 44. & nu 60. cum ſequentib. & pract. lib. 3. quæſt. 71. nu. 10. Spino. de teſtamẽt. gloſ. 12. nu. 35. Camill. Gallin. de verb. ſignific lib. 3. cap. 20. num. 34. Flamin de reſign. lib. 1. quæſt. 4. nu. 6. & lib. 9 quæſt. 22. num. 2. Ceuall. commun. contra commun. quæſt. 63. nu. 1. Barboſ. in l. 2. par. 1. nu. 154. D. ſolut. matrimon. Fr. Man.

Rodri.

Rodri. quæſt. regul. tom. 2. quæſt. 78 art. 12. verſ. Nec minus, Surdus conſ. 90. num. 23. cum ſeqq. Gonçal. ad regul. 8. Cancel. §. 5 procem. num. 26. Cardin. Tuſch. lit. M. concluſ. 393. à princip. præcipuè, num. 24. & 25. Seſſ. deciſ. 44. nu. 2. cum ſeqq. Bernard. Græu. ad pract. Camer. Imper. lib. 2. cōcluſ. 14. conſid. 1. nu. 1. Aloyſ. Ricci collect. deciſ. part. 3. collect. 531. Gratian. diſcept. 102. num. 7. Cald. Pereyr. de empt. & vendit. cap. 15. nu. 34. Rot. Roman. apud Farinac. deciſ. 240. num. 7. tom. 1. part. 1. Caſtill. de vſufruct. capit. 64. num. 2. & capit. 67. numer. 18 & lib. 3 controuerſ. capit. 12. nu. 23. cum ſeqq.

485 *An autem mortis appellatione ſimpliciter veniat mors ciuilis, ſicut naturalis, quæſtio eſt, quam tractant* DD. in dict. §. Et quid ſi tantum, vbi Crot. numer. 5. cum ſeqq. Corraſ. num. 7. & 9. Lancelot. Galiaul. à numer. 7. Bologn. numer. 57. cum multis ſequentibus, Fortun. Garc. à num. 40. vſque ad numer. 54 Coſta a numer. 7. Sarmient. à nu. 41. Socin. Iuni. a numer. 13. *vide* Carol. Tapia in auth. Ingreſsi, C. de Sacroſ. Eccleſ. verb. Sua, cap. 17, Petr. Loriot. de apicib. iur. tract. 5. de morte axi. 1. 2. & 3. Menoch. dict. conſ. 388. nu. 23. & conſil. 536. num. 4. & 5. Fachin. lib. 1. controuerſ. cap. 45. Surd. dict. conſil. 90. Garci. regul. 456. Gutier. dict. cap. 1. à num. 37. & dict. quæſt. 71. num. 10. Matienz. in l. 3. gloſ. 2. titul. 4. lib. 5. nouæ Reg. collect, Medic. dict. part. 1. á numer. 22. Camil. Gallin. dict. cap. 20. â num. 33. Spino gloſ. 13. princip. à num. 32. & gloſ. 27. á num. 24. Peregrin. de fideicomm. artic. 28. num. 62. & ſeq. & de iure fiſc. tit. de deportatis, nu. 21. Anton. Fauer lib. 9. coniectur. cap. 3 Tuſch. dict. lit. M, concl. 394. Caſtillo d. cap. 12. nu. 2. cum ſeqq.

De operis libertorũ ad feuda, & de liberto ad vaſſallũ.

ARGVMENTVM *de operis libertorum ad feuda, deducitur*, Card. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. tom. 2. lib. 23 titul. 30. num. 8. & 21. *De liberto namque* † *ad vaſſalum, valet argumentum*, Euerardus in topic. 486 487

Digitized by Google

topic.legal. loco 59.

Ab oppoſitis.

488 ARGVMENTVM *ab oppoſitis validum eſt*, Euerard. in topic. legal. loco 75. Maſcard.de probat. concluſ. 312. numer. 17. Menoch. conſ. 97. nu. 67. & conſ. 147. num. 47.

Non valet tamen vbi datur diuerſa ratio Surd. conſil. 450. numer. 4.

Ab ordine literæ.

489 ARGVMENTVM *ab ordine literæ, validum eſt*, leg. Quoties, D. de vſufruct. Euerard, in topic. legal. loco. 1. & loco 57. Cantiunc. loco 10. Petr. Andr. Gamm. in dialect. legal. lib. 2. loco 5. Burgos de Paz conſil. 43. numer. 32. Mandoſ. ad regul. Cancel. regul. 16. quæſt. 48. num. 2. Rendin. in Promptuar. recept. ſentét. tom. 1. circa fin. in miſcel. num. 2. Benedict. Aegid. tractat. de iure, & priuil. honeſtat. in princip. nu. 5. *Vbi tamen ordo literæ cum intentione*
490 ✝ *non concurrit, procedere negat* Card. Seraphin. Rotæ Rom. deciſ. 24 numer. 2. *ad ornatumq́; huius argumenti vide notata* lit. O. nu. 34. & ſequentibus.

De pacto ad ſtatutum, & è contra.

ARGVMENTVM *de pacto ad ſtatutum validum eſt*, 491
l. fin. in fin. C. de fideiuſſ. Euerard. in topic. legal. loco 89. Maſcard. de probat. concl. 1157 num. 46. Menoch. conſ. 4. nu. 7. Surd. de aliment. tit. 1. quæſt. 42. n. 29. & conſ. 85. num. 30. conſ. 220. num. 7. conſ. 260. num. 14. & conſ. 401. num. 7. & deciſ. 160. nu. 17. Farin. Rot. Rom. deciſ. 256. nu. 8. Franc. Molin. de ritu nupt. lib. 3. q. 44. num. 2. Cardin. Tuſch. lit. A. concl. 497. num. 4. *Vbi tam*
affirmatiué, quã negatiué ✝ *procedere firmat, contradicunt tamẽ* 492
affirmatiué tantum procedere aſſerentes Cardi. Mant. de tacit. & ambig. conuent. to. 2. li. 18. tit. 6. nu. 21. Stephan. Gratian. diſcept. forenſ. c. 300. nu. 20.

Nec valet quando de tertiò 493
præiudicando agitur, vt per Petr. Surd. dict. conſ. 85. num. 30.

Valetq; etiam è contra argu- 494
mentum hoc de ſtatuto ad pactum, ex Menoch. conſ. 331. numer. 34. Stephan. Gratian. diſceptat. forenſ. cap. 348. numer. 28.

De

De pacto ad legem, & è contra.

495 ARGVMENTVM *de pacto ad legem ſi benè formetur, valet, vt per* Euerard. in topic. legal. loco 89. *ſecus aliter*, l. Impoſsibile. D. de pactis, Cardinal. Tuſch. lit. A, concluſ. 510. num. 18.

496 *Et è cõuerſo etiam validũ argumentum eſt de lege ad pactũ*, l. 2. §. Si conueniat, D. depoſit. l. Contractus, D. de regul. iur. cap. Contractus eod. titul. lib. 6. *Quidquid enim poteſt fieri per pactum, poteſt etiam fieri per legem*, l. fin. vbi Bartol. & Bald. C. de fideiuſſor. gloſ. in cap. 2. verb. Officiali in fin. de conſuetud. lib. 6. *cum ſimilibus infra notatis* lit. P. num. 3.

De pacto ad conſuetudinem.

497 ARGVMENTVM *de pacto ad conſuetudinem, & è contra validum eſt*, l. Non impoſſibile, D. de pact. Euerard. in topic. legal. loco 89. Cald. Pereyr. in l. Si curatorem, verb. Sua facilitate, num. 6. verſ. Et quod minor. C. de in integr. reſtit. minor. Stephan. Gratia. diſcept. forenſ. cap. 88. nu. 20. cum ſeqq. *Conſuetudinem namque vim pacti † habere, imò fortiorem pacto eſſe, tradunt* Gõçal. 498 ad regul. 8. Cancell. gloſ. 33. num. 4. & Farinac. in praxi crimin. p. 6. q. 175. *Et facere poteſt quidquid agere valet pactum* Afflict. deciſ. Neapol. 91. nu. 9. & deciſ. 258. num. 2. *Quod verum intellige affirmatiuè, nõ negatiuè*, ex Cardin. Tuſch. lit. C. concl. 807.

De pacto ad præſcriptionem.

499 ARGVMENTVM *de pacto ad præſcriptionem, valet, vt per* Surd. deciſ. 236. num. 9. *Quidquid enim poteſt pacto adquiri, poteſt & præſcriptione, vt notatum eſt infra* lit. P. n. 8.

De potentia ad actum.

500 ARGVMENTVM *de potentia ad actum in materia iuriſdictionis, & iurium incorporalium, procedit, vt reſoluit* Ioſeph. de Seſſ. tract. de inhibit. c. 30. n. 209. *in alijs ſecus, vt per* Seraphin. de priuileg. iuram. priuilg. 23. n. 9.

A præteritis ad futura, & de præſenti ad præteritum.

501 ARGVMENTVM *à præteritis ad futura valet, vt tradit.*

Digitized by Google

dit, Anto. Monach. Lucenſ. deciſ. 50. nu. 57. *procedit enim argumentum de tempore, ad tempus*, ex l. Omnes, §. A barbaris D. de re milit. l. Non eſt neceſſe D. de probat. Euerard. in topic. legal. loco 42.

502 *De præſenti verò ad præterita non concludit argumentū, vt cōſtat*, ex Farin. Rot. Rom. deciſ. 524. nu. 7. *In his ſaltem, quorum facies eſt tempore mutabilis* ex Cardin. Seraph. Rot. Roman. deciſ. 1075. nu. 7. *Valet tamen quando ſtatus præſens poteſt conuenire cum origine rei, temporeque præterito, vt per* Menoch. conſ. 374. n. 83. & conſ. 378. numer. 81.

De primo ad vltimum.

503 ARGVMENTVM *de primo ad vltimum, validū eſt in iure*, Euerard. in topic. legal. loc. 67. Andr. Gāmar. in dialectic. legal. lib. 2. loc. 9. Ludouic. Rodolphin. tract. de brachio ſeculari, & Eccl n. 55.

A principali ad acceſſoriū & ad id, quod fit in conſequentiam.

504 ARGVMENTVM *á principali ad acceſſorium, valet* Petr. Andr. Grammar. in dialect. legal. lib. 2. loco, 3.

Non tamē procedit ab eo, quod fit principaliter, ad id, quod fit in conſequentiam, vt per Seraphin. de priuileg. iuram. priuileg. 21. nu. 11. 505

A priori, & à poſteriori, &c.

ARGVMENTVM *à priori, & à poſteriori, & ab vtroque ſimul iuncto, validiſsimum eſt, ſecundum* Ioſeph. de Seſſ. Aragon. deciſ. 56. num. 29. 506

De procuratore iudiciali ad delegatū & è conuerſo, & de legato ad arbitrum, & è contra.

ARGVMENTVM *de procuratore iudiciali ad delegatum, validum eſt, vt notat* Petr. Barboſ. in l. Cum Prætor, §. 1. num. 105. D. de iudic. Cardin. Tuſch. lit. A, concluſ. 507. nu. 8 & ſeqq. 507

Et è conuerſò de delegato ad procuratorem, idem Tuſch. ibid. num. 7. 508

De legato ad arbitrum, & è contra infrà num. 561.

A proœmij generalitate.

ARGVMENTVM *à proœmij generalitate, validū eſt,* 509

Digitized by Google

vt per Mandoſ. ad regul. Cancel. regul. 28. quæſt. 1. num. 1. Flamin. de confident. quæſt. 37. num. 160. *Et in huius argumenti ornatũ vide notata*, verb. Proœmialia.

De promiſſione dotis ad traditionem.

510 ARGVMENTVM *de promiſſione dotis, ad traditionẽ, validum eſt*, ex text. in leg. fin. C. ad leg. Falcid. not. Franc. Molin. de ritu nuptial. lib. 3. q. 46. num. 15.

De pupillo ad Eccleſiam.

511 ARGVMENTVM *de pupillo ad Eccleſiam, valet*, Euerard. in topic. legal. loco 31. Cantiunc. in 21. ſpecie loci à ſimili, Marc. Anton. Genuenſ. in practicab. Eccleſiaſt. quæſt. 276. nu. 2. Mari. Anton. variar. lib. 1. reſolut. fin. caſu 44. *Eccle-*
512 *ſia enim pupillo* ✝ *equiparatur*, gloſ. fin. in leg. Si procurator, D. de iure fiſci, gloſ. in l. Ciuitas, vbi Bald. & Bologn. D. ſi cert. pet. gloſ. in leg. Imperatores, verb. Negotio, D. de re iudic. Barthol. Peret. ad extrauag. Ambitioſæ de reb. Eccleſ. non alien. verb. Quidquam, nu. 23. *Et in reſtitutione conſe-*
quenda, ✝ *vice minoris fungi-* 513
tur Eccleſia, l. fin. C. de Sacroſ. Eccleſ. cap. 1. cap. Auditis de in integ. reſtit. Bernard. regul. 219. Falcõ regul. 316. Sfort. de reſtit. in integ. p. 1. quæſt. 3. art. 4. Cald. Pereir. in leg. Si curatorem, verb. Minoribus, nu. 50 C. de in integ. reſtit. minor. Cardoſ. in praxi iudicũ, & aduocatorum, verb. Eccleſia, numer 35. Aloyſ. Ricci. in praxi rer. fori Eccleſ. deciſ. 103. n. 3. in 1. edit. & reſolut. 88. in 2. editione.

De pupillo ad Rempublicam.

ARGVMENTVM *De pupil-* 514
lo ad rempublicam, non ſolùm probabile eſt, ſed forte, frequens, & vtile, vt per Euerard. in topic legal. loco, 28. Cantiunc. in 18. ſpecie loci à ſimili. *Reſpublica enim æquiparatur* ✝ *mi-* 515
nori, l. Rempublicam, cum ibi notatis, C. de iur. Reipub. lib. 11. leg. Reſpublica, C. ex quib. cauſ. maior. Brunor. à Sole in locis commun. verb. Reſpublica, 1.

De re ad perſonã, & è contra.

ARGVMENTVM *de re ad* 516
perſonam, validum eſt, Cantiun-

Cantunc. in topic. legal. in 25. ſpec. loci à ſimili, Sur. conſ. 262. nu. 38. & conſ. 460. nu. 6. Eſcob. de rati. comp. 15. num. 9. Oter. in repet. cap. Gratum, de offic. deleg. nu. 68. Card Tuſch. lit. A cõclu. 502. num. 4. *vbi affirmatiue, dicit procedere.*

517 *Et contra de perſona ad rem valet argumentum* l. Qui furere, D. de ſtatu homin. l. Si quis inquilinos, §. Si ita legatum, D. de legat. 1. cap. Super quibuſdam de verb. ſignif. Euerard. in topic. loco, 38. Cantiunc. vbi proximè, Surd conſ. 380. n. 20. Tuſch. d. concluſ. 502.

De re ad tempus, & e contra, de tempore ad perſonam.

518 ARGVMENTVM *de re ad tempus, valet* l. Miles ita hæredi. §. Qui ad diximus D. de teſtam. milit. Euerard. in topic. legal. loco, 39. Cantiunc. in 26. ſpecie loci à ſimili, Menoch. conſil. 122. n. 62. Surd. decis. 460. num. 36. Mandoſ. ad reg. Cancel regul 30. q. 3. numer. 7. Cardin. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. tom. 1. lib. 6. tit. 23. num. 21. Stephan. Gratian. diſcept. 128. n. 8. Card. Tuſch. lit. A. conclu. 504, n. 1. *vbi, & e contra* † *etiam de tempore* 519
ad rem valere, tradit num. 2. *& de tempore ad perſonam, & e contra notamus infra* nu. 541.

De re ad locum.

ARGVMENTVM *de re* 520
ad locum, validum eſt l. pen. D. de iuſt. & iure, Farinac. praxis crimin. p. 1. q. 34. n. 171. Petr. Barboſ. in l. Hæres abſens, in princ. n. 70. D. de iudic. Stephan. Gratian. diſcept. forenſ. c. 128. n. 8.

De recuſatione ad appellationẽ, & e contra.

ARGVMENTVM *de re-*
cuſatione ad appellationem, 521
& e contra valet Boer. deciſ. 269. n. 3. Gutierr. practic. lib. 1. q. 94. n. 4. Morla in empor. iur. p. 1. tit. 2. quæſt. 11. n. 4. *nam appellatio recuſatioque a pari* † *procedunt,* l. Apertiſſimi 522
verſiculum poſt, C. de iudic. c. Super eo. 2. de appellat. Brunor. à Sole in locis cõmun. verb. Appellatio, 30.

A rubrica.

ARGVMENTVM *à rubri-* 523
ca, optimũ eſt in iure l. 1.

verſ. Quoniã, D.ſi cert. pet. Ioan. Petr. Monet. tract. de optione canon. cap. 2. num. 4 Euerard. in topic. legal. loco, 45; Petr. Andr. Gammar. in dialect. legal. lib. 2. loco, 7. Menoch. conſ. 3. nu. 15. & conſil. 485. num. 2. 11. & 12. Aldouin. conſil. 101. numero 6. Cabed. deciſion. 15. p. 1. Mandoſ. ad regul. Cancel. regul. 13. quæſt. 1. nu. 2. & regul. 20. quæſt. 4. num. 8. Cened. Canonic. lib. 1. q. 21. nu. 16. Ferrer. in conſtit. Cathalo gloſ. 1. nu. 118.

524. *Non procedit tamen quãdo rubrica non eſt per ſe clara ex omnique parte perfecta, ſed aliqua ſuppletione indiget* Alderan. Maſcard. de general ſtatut. interpretat. conclu. 2. du. 202. cũ ſeqq. Anton. Monach. Florent deciſ. 46. num. 78. *vnde niſi rationem perfectam* † *contine-*

525. *ant rubricæ, allegari ad deciſionē cauſarũ nõ queũt, vt per* Micha. Craſ. tom. 1. cõmun. opin. lib. 1. tit. 17. de legib. n 245. Cot. in memora verb. Rubric.

A congeſtis in nigro generalitas

526. *rubricæ, ſi abſurdum, aut iniquitas ſequeretur, erit reſtringenda.* Treuiſ. Venetiæ deciſ. 50. nu. 13. lib. 2. Alderan. Maſcard. d. concl. 2. nu. 206. Anton. Monoch. Florent. deciſ. 47. nu. 40

In dubio ea interpretatio eligi debet, quæ rubricæ magis conſona eſt, ex Maſcar. de probat. cõcl. 1284 n. 4. 527.

De ſententia ad ſtatutum. 528.

ARGVMENTVM *de ſententia ad ſtatutũ, & e contra validũ eſt, vt per* Cardin. Tuſch lit. A. concl. 496. nu. 5. & concl 507. num. 5.

De ſententia ad teſtamentũ, & e cõtra, & ad cõfeſſionē procuratoris 529.

ARGVMENTVM *de ſentẽtia ad teſtamentũ, valet* l. Seruus hac leg. D. de manumiſ. Euerar. in topic. legal. loco, 71 Cantiunc. in 3a. ſpecie loci á ſimili Cardin. Tuſch, lit. A, cõcl. 507. n. 2. *qui n. 4. valere et ã dicit, de ſententia ad cõfeſſionē* † 530. *procuratoris, & e contra, de teſtamēto ad ſentētiã,* Euerard. loco 72. *Teſtamētũ enim dicitur ſentẽtia* † *ex tex. in* l. Hac conſultiſ- 531. ſima, § At cũ humana, C qui teſtam. facere. poſſ.

De ſeruo ad Monachum.

ARGVMENTVM *de ſeruo* 532. *ad Monachum, probabile eſt fre-*

frequens, & vtile, vt per Euerar. in topic. legal. loco, 58. Cantiun. in 30. ſpecie loci à ſimili.

533. *Monachus enim ſeruo † æquiparatur, iuxta reſoluta per* Naua. in tract. de regul. comment. 2. n. 4. 5. 30. & 42. verſ. 14. & n. 44. Iul Clar. in §. Teſtamentum, q. 30. Cal. Pereir. de nomin. em phyt. quæſt. 6. num. 1. P. Azor inſtit. moral. part. 1. lib. 12. c. 10. col. 1204. Melch. Phæb. deciſ. 13. num. 19. & deciſ. 63. num. 6. to. 1. Scac. de appel. quæſt. 5. num. 54. *Et quemadmodum ſeruus, quidquid adquirit, domino ſuo adquirit,* l. Placet. 78. D. de adquir. hæred. §. Item vobis, Inſtit. per quas perſon. *cum pluribus alijs citatis per* Pichard. ibid. *Ita etiã Monachus omnia, quæ adquirit, monaſterio adquirit, iuxta vulgar. regul. tex.* in authen. Ingreſsi, C. de Sacroſ. Eccleſ. & in cap. In præſentia, de probat. *late proſequitur poſt alios* P. Azor dict. lib. 12. capit. 8. quæſt. 1. Cardin. Tuſch. lit. M. conclu. 31. Fr. Emman. Rodri. quęſt. regul. tot. 3. quæſtion. 29. artic. 5. Aloyſ. Ricci in collect. deciſ. part. 5. collect. 1938. Spino in ſpecul. teſtam. in gloſ. ſub. part. 6. num. 3. Cabed. dict. deciſ. 163. numer. 1. p. 1. P. Molin. de iuſtit. tract. 2. diſput. 140. Peregr. var. lib. 6. à numer. 68. cum ſequent. Fr. Paulini Berti Lùcenſ. in praxi crimin. regul. tit. 1. cap. 2. nu. 17.

A ſimili.

ARGVMENTVM *à ſimili non multum vrget,* Seraph. de priuil. iuram. priuileg. 74. numer. 185. Bartol. Peret. ad extrauag. Ambitioſæ, de reb. Eccleſ. non alien. pag. 100. num. 56. *Nec tollit claram iuris diſpoſitionem; vt per* Garc. Girond. de priuileg ſeu exempt. explic. num. 555. *Et ideo fragile eſt; quoties diuerſa decidẽdi ratio datur,* Cald Pereir. de reſolut. emphyt. c. 2. num. 26. *Vel quando in eo, quod agitur ſimilitudo non probatur,* Socin. regul. 47. Surd. de alim. tit. 9. quæſt. 1. nu. 7. Seraphin. dict. priuileg. 74. num. 103. & ſeqq. *Data etiam parua diſsimilitudine ex* Bertazol. in repet. legis ſi quis maior, C. de tranſact. n. 762. Mar. Antonin. varia. lib. 534.

3. reſol. 39. n. 34. *Vel quando iurium ſequitur correctio*, Menoch. de arbitr. caſu 84. num. 6, & conſil. 180. n. 51. Caſſane. in Catal. glor. mund. p. 1. conſid. 48. verſ. Quartus caſus, Pinel. in l. 1. C. de bon. matern. p. 3. num. 68. Lara in l. Si quis à liberis, §. Idẽ iudex, num. 30. D. de liber. agnoſc. Surd. conſ. 200. nu. 15. & conſil. 259. n. 27. & dict. q. 1. n. 4. cum ſequent. Caldas de poteſtate eligendi, cap. 16. n. 6. & dict. cap. 1. n. 26. Girond. dict. loco, n. 553. & ſequent. Marc. Anton. Genuẽſ. in practicab. Eccleſ. q. 38. n. 3. Cardin. Tuſch. lit. A. concluſ. 507. n. 29. & 30. Brunor. à Sole in locis cõmun. verb. Argumẽtũ, 4. *Vbi aſſerit, quod ad hoc vt argumentum à ſimili valeat, oportet vt per omnia ſint conuenientia ſimilia, vel ſaltem in eo de quo agitur conueniant*, *cui ſubſcribit* Thom. de Thomaſet. in flor. leg. regul. 43. *Idemq́; non niſi in æquiparatis procedit, vt* Bertaz. in repet. d. l. Si quis maior. nu. 761. *Notat procedi pariter in delict.* ex Maſcard. de prob. concluſ. 1253. n. 4. *Alia, quæ ad argumentũ hoc notari ſolent, per* Euerard. loco, 10. Cantiunc. loco, 11. & Pet. Andr. Gammar. in dialectic. legal. lib. 2. loco à ſimili, *videre licet.*

A ſolitis.

ARGVMENTVM *à ſolitis validum eſt*, l. Si quis donaturus, D. de vſufr. l. Quod ſi nolet. §. Qui aſsidua, D. de ædilitio edict. Certi condictio, §. Si nummos, D. ſi cert. pet. l. Vel vniuerſorũ, D. de pignor. act. l. Titianus, D. quod cum eo, l. Certẽ in fin. D. de precar. l. Vt liberis circa fin. C. de collat. §. fin. Inſt. de ſatiſd. Euerard. in topic. legal. loco, 63. Thom. de Thomaſet. in florib. legũ, regul. 40. Menoch. de præſumpt. lib. 3. quæſt. 7. num. 5. & quæſt. 14. n. 13. & conſil. 121. num. 50. & conſil. 122. num. 73. Surd. deciſ. 231. n. 18. & conſ. 173. num. 88. conſ. 452. n. 25. & conſ. 540. nu. 26. Vgolin. de offic. & poteſt. Epiſc. cap. 36. §. 6. n. 1. Seraph. de priuil. iurã. priuileg. 1. n. 35. & priuil. 33. n. 56. Sirac. de mercat. p. 2. n. 29. & tit. de naut. p. 3. n. 535

nu.28. Cald. Pereir. de poteſt. eligend. c.6. nu. 2. Farinac. in praxi crimin. p.3. q.103. num. 160. & deciſ. 596. num. 1. tom. 2. part. 1. Seraphin. Rota Rom. deciſ. 101. nu. 8.

536 *Ab ſpeciali.*

ARGVMENTVM *ab ſpeciali, validiſſimum eſt*, Euerard. in topic. legal. loco, 68. Coſm. in pragm. ſanct. tit. de elect. c. Sicut, §. Deinde, verb. Ordinibus, num. 2. pag. 101. Menoch. conſ. 9. n. 10. Ioſeph. de Seſſ. Arag. deciſ. 97. n. 15.

De ſtatuto ad conuentionem, & é contra.

537 ARGVMENTVM *de ſtatuto, ad conuentionem, vel contractum, validum eſt, quia parem ſtrictam ſignificationem habent, vt ſecundum ius commune intelligantur ex* Cardin. Tuſch lit. A. concluſ. 496. nu. 2. vbi num. 13. *etiam valere é contrario affirmatiuè, dicit.*

De ſubſtitutione pupillari ad exēplarem, & à vulgari ad pupillarem, & é contra.

538 ARGVMENTVM *de ſubſtitutione pupillari ad exemplarem validum eſt, vt per* Ferrer. in conſtit. Cathalon. gloſ. 5. nu. 273. *An autem, & quando argumentum á ſubſtitutione vulgari ad pupillarem, & é contra procedat, vide* Menoch. de præſumpt. lib. 4. quæſt. 34. nu. 33.

De ſucceſſione ad accuſationē.

ARGVMENTVM *de ſucceſſione ad accuſationem, valet, vt proſequitur* Farin. in praxi crimin. p. 1. tit. 2. de accuſ. quæſtion. 13. num. 55. 539

A ſufficienti partium enumeratione.

ARGVMENTVM *á ſufficienti partium enumeratione validū eſt*, l. Patre furioſo, D. de his qui ſunt ſui, vel alien. iur. l. Ex maleficijs, §. Heres, & l. Obligationum ferè, §. Placet, D. de action. & oblig. princip. inſtit. de oblig. quæ ex quaſi contract. iuncta gloſ. capit. Cum dilectus, de iure patron. cap. Venerabilem, de elect. capit. 2. poſt med. de Sum. Trinit. cap. Per tuas, de ſentēt. excōmun. c. Quanto circa med. de iure iur. Ariſt. lib. 2. topic. Euerard. loco, 51. Thom. de Thomaſet. in floribus leg. regul. 50. Roland. conſil. 60. numer. 48. volumine 4. Pichard. ad 540

ad d.princip. inſtit. de oblig. quæ ex quaſi contract.num.5. Ferrer.in conſtit.Cathal.gloſ. 5.numer.298.Cæſar Argel.de contradict.legit. quæſt.2.nu. 55. quæſt. 5.num. 8. Anton. Monach Florent.deciſ. 1. nu. 62.Cardin.Tuſch. lit A.conclu.492. *Et eſt fortiſsimũ in iure,vt aſſerit* Cauall. cõmun. contra cõm.tom.4. quæſt fin. num. 182.

Intellige quando omnes ſufficiẽter enumerat partes,non enim procedit,niſi enumerentur omnes & euacuentur,l.Filius,§.Filius famil.miles vbi gloſ. D. de liber,& poſth.dict.cap.Venerabilem,de elect. Euerard.dict. loco,51. Thom.de Thomaſet. dict.regul.50.Surd.de alimẽt. tit.1. q.35. num. 10. & conſ. 489.num.26.

A tabulis depictis.

541 ARGVMENTVM *ex tabulis depictis, & aris,validũ eſt*, gloſ.in cap Apoſtolus, 3. quæſt. 7. *vbi at notiſsime* Fr. Didacus Murillo, en la fundació milagroſa de la capilla Angelica,y Apoſtolica de la Madre de Dios del pilar,cap. 3.prope fin.pag.22.

De tempore ad perſonam.

ARGVMENTVM *de tempore ad perſonam, & è contra,valet*,l.Qui plures liberos, in princ.D. de vulg. cap.Super quibuſdam,de verb ſignif. Euerard.in topic. legal. loco, 37.Cantiunc.in 24.ſpecie loci à ſimili,Surd.conſ.247.nu. 9.conſil.380.nu.20.& conſil. 568.nu.5.Cardin. Mantic. de tacit.& ambig.conuent. to.2. lib.14 tit.34.nu.7.Cardin.Tuſchul.lit.A.concluſ.502.& cõcluſ.507.nu.25. 542

De teſte ad notarium.

ARGVMENTVM *de teſte ad notarium,validum eſt,vt per* Maſcard.de probat.concl. 711.n.6. *Immo notarij authoritatem duorũ teſtium vim habere, tradit idem ipſe* Maſcard. concluſ.1095. nu.3. 543

De toto ad partem, & è contra à partibus, & ab vniuerſo.

ARGVMENTVM *de toto ad partẽ,valet*,l.Quæ de tota,D.de remedic. Euerard.in topic.legal.loco,80. Cãtiunc. loco,5.Petr. Andr. Gammar. in dialect.legal.lib. 1.loco.4. Thom.de Thomaſ. in florib. leg.regul.46.Menoch.de præſump. 544

Digitized by Google

ſumpt.lib.3.quæſt.35. nu. 27. Surd,conſ.435.nu.21.Cardin. Tuſch.lit. A.concl. 499. Flamin.de confid. quæſt. 28. nu. 106. *vbi eadem ſaltem datur ratio* Menoch.conſ.72.n.5.Surd. conſ.193.nu.6.& cõſ.435. nu. 21.Bertaz. clauſ. inſtr. clauſ. 21.gloſ.19.nu.1.Tuſch. d.concluſ.499.n.3. *Quo argũedi modo vſus eſt ſcientiſsimus* Senec. de ira lib. 2. Nefas eſt *(inquit)* nocere patriæ.ergo cuiq; nam hic pars patriæ eſt.

Non tamen valet é contrá, de
545 *parte ad totum. Qui enim poteſt partem, non ſemper poteſt totum* Tuſch.d.loco,nu. 4. Pichard. ad princ.inſtit. de hæred. quæ ab inteſt.defer. c.de repræſentat.num.42.

545 *De argumento á partibus, vide* Cantiunc.in topic.legal.loco,6.*& de parte integrali ad totum* Petr. Andr. Grammar.d. lib. 1. loco, 5. *Et ab vniuerſo,* num.559.

A tributo ad decimam.

547 ARGVMENTVM *à tributo ad decimam, probabile eſt, forte, frequens, & vtile*, c.Decimæ,16.q.1.c.Tua nobis de decim, Euerard. in topic. legal. loco,72.Cantiunc.in 33. ſpecie loci á ſimili. *Decima enim eſt tributum animæ, ex* Sigiſm. Scacc.de appellat. quæſt. 17. limit.18.ſub nu.1.verſ. Ratio.

De venditione ad locationem, & ad permutationem.

ARGVMENTVM *de venditionibus ad locationes, validum eſt*, l.fin.in fin.C.de cõtrah. empt. Fabian. de empt. quæſt. 2 princip.num. 30. vol. 1. Auil. ad c. 33. Prætor. verb. Amenos, Coſta nu. 5. Eſcobar de ratiocin.c. 16. nu.3. *Verbum enim* vendere, *aliquando exponitur pro* locare, *vt not.* Cald. Pereir.de empt.& vendit.cap. 2.nu.7. *& de emptione ad permutationem, infra* num.576. 548

A verbis facti narratiuis.

ARGVMENTVM *á verbis facti narratiuis, tutum non eſt, vt argum.* gloſ.magnæ, verſicul. Vel dic tertio, in l.vnic. C. quando non petent. part. *docuit* Roman. in repet. auth. Similiter, 10. ſpecialis, C. ad leg. Falcid.& cõſ.79.circa fin. conſ.134.col.2 & cõſ.191. col. 1.*cui eſt ſimilis* gloſ. in c. Auditis,29.verb. Ex poſt facto ad fin. 549

fin.de elect. & in cap. Cũ qui, 2.verb. Non teneris, ad med. de dolo. & contum. lib. 6. & gloſ.in cap.1. verb. Collatione de rer.permut.eod. lib. *eſtq́; omnium commune placitũ,* vt poſt Andr. Abb. Immoſ. Alex. Cuma. *& alios, quos recenſet reſolutè* Iaſ.in d.leg.vnica, num.22.& in l.Qui Romæ. 122.§.Callimachus, nu. 6. & in §.Cohæred s.num.9.D.de verb.oblig. Bern. regul. 781. *probatq́; in optimo caſu* Alex.cõſil. 74.nu. 13.vol.4. *quos adducit* Pichard. in diſput.de mora nu.60.*vbi* nu.61. *aſſerit, quod quotieſcumq́; legiſlatoris ſentẽtia nititur ſuper narratis, ex eis argumentum induci, ſumique poteſt, per text.in* c.Si Papa, de priuil.lib.1.& in Clem.1.eod.tit. *Vnde verba narratiua, quæ principaliter propter ſe non proferun-*
350 *tur,* † *ſed propter aliud, & incidenter, plenam probationem non efficiunt,* l. Ex hac, *vbi omnes notant,* D. de donat. l. Ex his verbis, C.de teſtam. milit. *cum ſimilibus, de quibus* Garc.regul. 165.& 483 Maſcard. de prob. concluſ.612. Menoch.de præſumpt.lib.3.q. 133. á princip. Gutier.practic.lib.3.q. 17.nu. 63.Caſtil.lib.2. controuerſ. c. 26.nu.76.Benedict, Aegid.ad leg.1.C. de Sacroſ. Eccleſ. in init.p.1.c.4.in princ.Cardin. Mantic.de coniect. vlt.volũt. lib.3.tit. 12. Cald. Pereir. de nomin.emphyt.q.1.à nu. 47. Cardin.Tuſch.lit.V.concluſ. 81.Mari.Anton.variar. lib.1. reſolut.6.num.5.

A veroſimili.

ARGVMENTVM *à veroſimili, & ab eo, quod legiſlator, aut teſtator veroſimiliter interrogatus diſpoſuiſſet, validum eſt.* l. Non eſt veroſimile, D.de eo quod met. cauſ. leg. Cum auus, D.de condit & demonſtrat. leg. Ex facto. §. Si quis autem, D.ad Trebell. leg. Titius.§. Lucius Titius, D.de liber.& poſthum.l.Generaliter, §.Cum autem, C. de inſtit.& ſubſtitut. l. Cum acutiſsimi, C.de fideicommiſſ.leg.fin.C. de poſthum. hæred.lib. inſtit. cap. Quia veroſimile, de præſumpt.cap Requiſiſti, de teſtament.Eueraid.in topic.legal. loco,5.Cantiunc.loco,25.Petr.Andr.Gamm. in dialect.legal. 551

112 CONDITIO *habetur pro impleta, quando ſtetit per illum cuius intereſt adimpleri*, Cardoſ. in praxi iudic. & aduocator. verb. Conditio, num. 7. Rota Roman. apud Farin. deciſ. 493. num. 3. & 6. tom. 2. par. 1. Thom. Docti. conſ. 93. num. 4. Mar. Angui. conſ. 2. numer. 19. Franc. Viui. deciſ. 383. nu. 1. Carol, de Graſ. dict. excep. 33. num. 22.

113 *Aut ſi impediatur per tertiũ* l. Si Titius 14. vbi DD. D. de condit. & demonſtr. l. Ne pos Proculo. 125. in fin. D. de verb. ſignifi.

114 *Vel cum non ſtat per eum, qui illam implere debet*, l. Iure ciuili, D. de cõdit. & demonſtr. l. Inter, & l. ſeq. D. eod. tit. Surd. conſ. 374. nu. 7. Gonçal. ad regul. 8. Cancell. in procem. §. 3. nu. 38. Ioann. Mar.

Mar. Nouar. quæſt forenſ. lib. 1. quæſt. 40. num. 7. Fabi. Turret. conſ. 67. num. 63. lib. 2. Carol. de Graſ. dict. except. 3. num. 24. *qui, num. antecedenti idem dicit cum ſtat*
115 *†, et eum qui diſpoſuit. Et qui dicit conditionem adimpletam*
116 *probare † debet,* Menoch. de præſumpt. lib. 4. q 182. Flamin. dict. l. 1. q. 3. num. 40. & lib. 10. quæſt. 3. num. 17. *ita dit ex pluribus* Graſ. dict. loco num. 15. Paul. Durand. in tracta. de conditionib. 5. p. cap. 2. num. 16.

117 *Nec præſumpta ſufficit, ſed vera hoc in caſu requiritur probatio,* Carol. de Graſ. dict. except. 33. num. 16. Cephal. conſ. 441. num. 88. lib. 3. Caualc. deciſ. 46. num. 23. lib. 1. *Et impleta conditione*
118 *non datur actio, † niſi hoc prius iudici conſtet,* Surd. de alimēt. titul. 8. priuileg. 77. numero 4.

119 CONDITIO *fruſtra expectatur, cuius euentus nihil operaretur,* l. Si quis ita ſcripſerit, D. de hæredib. inſtit. l. Cum hæres, §. fin. D. de acquir. hæred. Anton. Gomez variar. tom. 1. c. 2. num. 12. prope fin. & cap. 10. numer. 17. in fin.

CONDITIONE *deficien* 120
te contractus celebratus ab ipſo initio reſolutus cenſetur, l. Neceſſario, §. 1. D. de peric. & commod. rei vend. l. Pecuniam, vbi Alex. num. 4. D. ſi cert. pet. Menoch. conſ 134. num. 30. & 31. & conſ. 139. & ſeq. & conſil. 322. nu. 39. Surd. de aliment. tit. 9. quæſt. 4. num. 23. Flamin. de reſign. tom. 1. lib. 1. quæſt. 3. num. 27. *Conditionis namque defectus ad tempus diſpoſitionis oculos retro habet,* Tiraquel. in l. Si vnquam verb. Reuertatur, num. 277. C. de reuoc. donat. *Conditioneq; purifica-*
ta, ex tunc † diſpoſitio habetur 121
pro pura; Peregrin. de fideicomm. art. 43. nu. 17. Surd. conſ. 38. num. 10. & conſ. 101. num. 27. & conſ. 179. num. 11.

CONDITIONE *penden-* 122
te, actus non dicitur perfectus, ſuſpendit enim conditio actum in effectum, vel euentum conditionis, l. Cedere diem. D de verb. ſignifin. Menoch. conſ.

Digitized by Google

conſ. 63. á num. 18. cum ſequent. Flamin. Pariſ. de reſignat. lib. 1. q. 3. num. 20. Surd. conſ. 186. nu. 12. cõſ. 238. nu. 7. & conſ. 208. n. 11. Caſtillo controuerſ. lib. 5. 2. pa. cap. 119. nu 7. Intrigliol. deciſ. 21. num. 6. Ioan. Mar. Nouar. quæſt. forenſ. lib. 1. quæſt. 27. num. 5. *iunctis ſupra proxime*, num. 103.

123 *Sub conditione datum, ſub contraria videtur ademptum notamus* verb. Datum.

124 CONDITIO *ſemel extincta, nõ reuiuiſcit*, Ceuall. comm. contra com. quæſt. 905. num. tom. 4. *iuſtificatis ſuprà* hac ead. lit. n. 109. *Intellige vt per* Surd. conſ. 69. numer. 22.

125 CONNEXORVM *idem eſt iudicium*, l. 3. §. Iudicio contrario. D. de contrar. act. tut. l. Proinde, D. ad leg. Aquil. l. Cum actũ, D. de negot. geſt. cap. Tráslato de conſtit. cap. Præterea de offic. deleg. Surd. de aliment. titul. 9. quæſt. 31. n. 16. cum ſeqq. & conſ. 196. n. 9. & conſ. 338. n. 3. & deciſ. 199. n. 13. Otero in repet. c. fin. de pact. n. 6. Mar. Anton. variar. lib. 3. reſolut. 9. nu. 2. Hyppol. ſingul. 251 n. 1. Cotta in memora. verb. Connexorũ. Ioan. Fráciſc. Leo, in theſaur. fori Eccleſ. p. 3. c. 7. nu. 71. Biſcobat. de ratiocin. cap. 13. nu. 11. Caſtro in praxi Luſit. lib. 5. cap. 1. n. 43. Cardin. Tuſch. lit. C. concluſ. 626. Caſtillo controuerſ. lib. 5. p. 2. cap. 165. n. 15. & ſeqq. *vbi pleniſſime de materia hac* per tot. c. Stephan. Gratian. diſcept. forenſ. c. 851. *copioſe etiam* Ioan. Mar. Nouar. in praxi elect. & variat. fori, q. 46. per tot. ſect. 1. & q. 45. n. 11. & 16 ſect. 2. & q. forenſ. lib. 1. q. 111. nu. 16. q. 123. n. 14. q. 151. n. 8. & q. 155. n. 8. Ouiedo de amic. de iure emphyt. q. 80. n. 3. *Et connexá dicuntur* † *indiuidua, vt per* Surd. dict. deciſ. 126
199. n. 13. Caſtillo d. q. 165. n. 20. Ioan. Mar. Nouar. in praxi elect. & variat. fori, dict. q. 46. n. 6. ſect. 1. *Et reputantur* † 127
vnum, Scacc. de appellat. q. 17. limit. 21. ſub nu. 25. Caſtillo vbi proxime num. 21. *plura iura referens*, *Declara vt per eum* num. ſeqq.

128 *Limita axioma hoc vbi non par ſed eſt diuerſa ratio.* Sigiſm. Scac. de iudic. lib. 2. cap. 11. num. 307.

129 CONFESSIO *eſt probatio omnibus melior*, l. Cum te, C. de probat. l. Cũ à matre, C. de rei vendic. l. Generaliter, C. de non numer. pecun. cap. Per tuas de prob. cl. Si cautio de fide inſtrum. Syllu. conſ. 62. nu. 1. Menoch. conſ. 21. n. 14. & de interdict. remed. 1. recup. poſſeſſ. num. 217. & ſeq. Maſcard. de probat. concl. 1326. n. 4. Surd. deciſ. 10. nu. 12. & cõſ. 143. num. 39. Gam. deciſ. 165. n. 11. Seſ. Arag. deciſ. 125. n. 31. Cardin. Tuſch. lit. C. concluſ. 645. Rot. Roman. apud Farinac. deciſ. 436. nu. 2, tom. 1. p. 1. Ant. Monach. deciſ. Bono. 21. n. 8. & deciſ. 55. n. 25. *vbi* n. 26. *Intelligit maxime facta in inſtrumento. Et omne aliud genus probationis ſuperat, & ſemper admittitur. etiam, vbi aliæ probationes non admitterentur, vt per* Marant. de ordin. iudic. par. 6. art. 5. num. 25. Surd. conſ. 60. n. 1. & conſ. 143 Anton. Monach. Florent. deciſ. 1. n. 99. Ioan. Mar. Nouar. q. forenſ. lib. 1. quæſt. 89. nu. 2. & 3. Steph. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 981. nu. 34. tom. 5. Ludouic. Cenſ. de cenſ. 1, par. cap. 4. num. 20. *Et plenè probat in his, quæ à voluntate confitentis pendent*, Surd. de aliment. tit. 8. priuileg. 30. num. 11. & conſil. 5. num. 42. *Et facit rem* † *notoriam*, Maſcard. d. 130
concl. 1326. numer. 4. Cardoſ. in praxi iudic. & aduocator. verb. Confeſsio iudicialis, num. 36. Farinac. in praxi crim. quæſt. 11. num. 31. Cald. Pereyr. de poteſt. eligend. cap. 7. nu. 23. Stephan. Gratian. diſcept. foreſ. cap. 142. num. 9. & 10. tom. 1. & cap. 925. n. 14. Carol. de Graſ. de except. ad ſtatut. exclud. omnes except. in prax. Iud. num. 23. & except. 14. num. 2. *Vimque publicæ* † *ſcri-* 131
pturæ habet, l. Cum te, C. de tranſact. Pariſ. conſil. 99. n. 12. lib. 3. Roland. conſ. 6. n. 26. lib. 3. Maſcard. dict. loco Flamin. de reſignat. lib. 11. q. 14. n. 75. Cald. dict. c. 7. n. 21. Valaſc. de iure emphyt.

Digitized by Google

q. 7. num. 27. Gam. deciſ. 43. num. 1. *Imo fortior eſt,* † *maioremque præſtat fidem, quā per publicum inſtrumentū, uel per teſtes probatio,* Roland. conſ. 71. nu. 41. & conſ. 75. num. 24. volum. 2. Maſcard. de probat. in proœm. quæſt. 7. n. 3. Scacci. de appellat. q. 17. limit. 9. n. 20. verſi. Limita, Gratian. diſcept. forenſ. cap. 870. nu. 2. *Et æquiparatur* † *ſententiæ,* Bartol. in l. Ictus fuſtium, n. 4. D. de his qui not. infam. Afflict. deciſ. 182. nu. 8. Stephan. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 925. num. 14. tom. 5. Carol. de Graſ. de except. ad ſtatut. exclud. omnes except. 14. num. 3. *Et conuentionis* † *vim habet,* l. Tale pactum, D. de pact.

135 *Limita axioma hoc multipliciter, vt per* Surd. conſ. 5. n. 42. & ſeq. Ioann. Mar. Nouar. quæſt. forenſ. lib. 1. q. 89. à num. 4. cum. ſeqq. & Ludouic. Cenſ. de cenſib. p. 1. cap. 4. á numer. 26. cum ſeqq.

136 CONFESSIO *erronea non nocet & confiteri non videtur, qui errat,* l. Non fatetur, D. de confeſ. l. Error C. de iuris, & facti ignor. Anton. Gomez variat. tom. 3. cap. 1. num. 66. Surd. conſ. 345. n. 17. Maſcard. de probat. conclu. 378. Mar. Ant. variar. lib. 3. reſolut. 1. numer. 63. Ioan. Mar. Nouar. quæſt. forenſ. lib. 1. q. 89. n. 10. in fin.

CONFESSIO *ſpontanea minuit delictum, & pœnā,* l. Quiſquis in fin. C. ad legē Iuli. Maieſt. l. 1. C. de his qui ſe def. l. Non omnes, §. fin. vbi gloſ. verb. Reſcrip. D. de re milit. Tiraq. de pœn. tempor. caſu. 30. num. 1. & ſeqq. *pœnæ ampliationes, & limitationes aſſignans* Guazin. de defenſ. reor. defenſ. 33. c. 36. per tot. *Vt enim* Sen. c. de moribus *inquit,* Vbi confeſſio, ibi remiſsio. *& declamat. lib.* 10, *declamat,* 3. De fendiſti (*ait*) Ligarium Cicero, quam leue iudicaſti crimen. de quo cōfeſſus es. *Inde* Ouid de Ponto lib. 2. eleg. 3. 137

Aſpera confeſſo verba remitte reo.

& Metamorphoſ. lib. 9.

Miſerere fatentis amorem.

138 CONFITERI *non videtur aduerſarij agentis intentionem, qui ad excludendum ius actoris exceptionem opponit*, c. Exceptionem 63. de regul. iur. lib. 6. Couar. variar. li. 1. cap. 1. nu. 2. verſ. Eodem iure, Gomez variar. tom. 3. cap. 12. n. 16. Cacher. Pedemont. deciſ. 178. num. 9. Franc. Milan. deciſ. 3. nu. 48. lib. 2. Bellon. Genuen. deciſ. 38. nu. 8. & deciſ. 91. Petr. Gregor. Syntagm. iur. lib. 21. capit. 17. n. 3. Stephan. Gratian. March. deciſ. 19. num. 19. Cardoſ. in praxi iudic. & aduocat. verb. Exceptio. numer. 26. Magon. deciſ. Florent. 44. numer. 6. Camill. Borrell. in ſumm. deciſ. tit. 48. numer. 22. part. 1. Cæſar Manent. deciſ. 69. num. 1. Ioann. Aloyſ. Ricci in praxi variar. reſol. reſolut. 173. num. 1. Pirrh. Maur. de ſolut. cap. 23. num. 1. Farinac. fragment. 1. par. lit. D. nu. 10. Carol. de Graſ. de except. ad ſtatut. & except. 25. num. 81. & 82. Surd. deciſ. 24. num. 5.

139 *Amplia etiam in excipiente de ſolutione*, Magon. d. deciſ. 44. Florent. n. 7. & deciſ. 81. nu. 1. & 2. deciſ. Lucenſ. 60. n. 12. Surd. dict. deciſ. 24. n. 5. & 7. Camil. Borrel. in ſumm. deciſ. 2. part. tit. 3. de confeſſione, & confeſſis, numer. 289.

140 *Limita in opponente compenſatione exceptionem, quia debitum confiteri videtur*, Natta conſ. 134. n. 3. lib. 1. Magon. d. deciſ. Florent. 44. nu. 8. Surd. dict. deciſ. 24. nu. 6. & ſeq. Bellon. deciſ. Genuen. 213. n. 2. Camill. Borrell. vbi proxime, num. 288.

141 CONIECTVRIS *non eſt opus in claris, & præſumptio cedit veritati*, leg. Ille aut ille, §. Cum in verbis, D. de legat. 3. l. Non aliter, D. eod. tit. l. Continuus, §. Cum ita D. de verb. oblig. l. 2. C. de legib. Menoch. de præſump. lib. 1. quæſt. 31. nu. 4. Surd. conſil. 242. num. 9. & conſ. 454. num. 49. & deciſ. 210. num. 1. cum ſeq. Flamin. de reſign. libr. 12. q. 5. nu. 16. Marc. Ant. variar. lib. 1. reſolut. 3. n. 9. & reſolut. 18. n. 9. Rot. Rom. apud Farin. deciſ.

21. num.

num. 5. tom. 1. part. 1. Cōſal. ad regul. 8. Cancel. §. 4. in prooem. num. 68. cum ſeq. Ioan. Franc. Leo in theſaur. fori. Eccleſiaſt. part. 3. c. 7. n. 63. Ant. Monach. Florētin. deciſ. 20. & deciſ. 23. n. 16. Brunor à Sole in locis commun. verb. Verbum, n. 35. Rot. Roman. apud. Farinac. deciſ. 45. num. 5. tom. 1. par. 1. Mangil. de imput. quæſt. 39. num. 8. Stephan. Gratian. diſcept. 824. nu. 10. tom. 5. Intrigliol. conſ. 4. numer. 9. conſ. 13. num. 95. & conſil. 20. numer. 27. libr. 1.

142 CONSCIENTIAE *bonæ eſt, ibi timere culpam, vbi culpa non eſt, notamus* verb.
143 Culpam, & verb. Mentis.

CONSENTIRE *non vidētur errantes, & ignorantes nec ad incogitata conſenſus trahitur*, l. Si per errorem, D. de iuriſd. omn. iudic. Crauet. conſil. 257. numer. 2. Cardin. Tuſch. liter. C. concluſion. 754. Surd. conſil. 7. numer. 37. & conſil. 175. num. 112. Farinac. Fragment. crimin. 1. p. lit. I. nu. 1. *Error enim aut ignorantia conſenſum excludit, vt notatur infra* lit. E. num. 48.

Nec ad doloſum diſpoſitionē 144
trahitur, qui dolo cōſentire deceptus non dicitur Flamin. Pariſ. de reſign. lib. 13. quæſt. 3. numer. 5. cum ſequent.

CONSENTIRE, *vel non* 145
contradicere, paria ſunt, l. In adoptionibus, D. de adoptionib.

Non conſentiens expreſſé cō 146
tradicere videtur, l. Inuitum, 4. D. de ſeruit. vrban. prædior.

CONSEQVENS *qui vult* 147
vult & antecedens, l. Ad rem mobilem, l. Ad legatū, D. de procurat. l. Qui proprio, §. Qui alium, D. eod. tit. l. Illud, D. de adquir. rer. domin. l. 2. §. Inſpectio, D. quemadmod. teſtam. aper. l. 1. §. 1. D. ſi vſusfruct. pet. l. Denique, §. Interdum, D. de pecul. legat. l. Legatis, D. de adimend. legat. l. 2. D. de iuriſd. omni. iudic. §. Idē iuris. inſtit. ex quib. cauſ. manu. nō licet, Euerad. in topic legalib. loco, 95. Gomez variar. tom. 1. capit. 3. numer. 23.

23. Surd. deciſ. 70. num. 5. & deciſ. 194. num. 6. & nu. 32. & deciſ. 303. num. 9. & conſil. 99. nu. 31. conſil. 201. num. 12. conſ. 221. num. 38. & conſil. 447. nu. 3. Pichard. ad princi. inſt. de acquiſ. per arrogat. num. 16. Gonçal. ad regul. 8. Cancel. gloſ. 5. n. 53. Scac. de appellat. quæſt. 2. num. 26. in fin. Eſcobar. de ratiocin. cap. 25. num. 11. Cardin. Tuſch. lit. C. conclu. 737. Vgolin. de offic. & poteſt. Epiſcop. cap. 27. §. 1. n. 1. Rota Roman. apud Farinic. deciſ. 44. num 2. tom. 1. part. 1. & deciſ. 105. num. 5. ibid. Ioann. Mar. Bellet. diſquiſit. cleric. p. 1. tit. de fauore clericorum perſonali, §. 14. num. 22. Stephan. Gratian, diſcept. foreſ. cap. 924. num. 17. & 46. tom. 5. Fuſar de ſubſtitut. quæſt. 480. nu. 21. & quæſt. 421. num. 67.

148 *Et qui vult antecedens, & conſequens vult*, l. Cuicunque, §. pen. in fin. D. de inſtit. act. Tuſch. dict. loco.

149 *Intellige de conſequenti neceſſario*, l. Cum lex, D. de fideiuſſor.

Et de coniunctis, & vbi militat eadem ratio, Thom. de Thomaſet. regul. 254. 150

CONSEQVENS *vbi eſt falſum, antecedens ſubſiſtere non poteſt*, l. 2. §. Mutui datio, ubi gloſ. & Doctores, D. ſi cert. pet. Euerard. in topic. legal. loco. 97. in princip. Surd. conſil. 116. numer. 71. & conſil. 428. num. 11. Steph. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 972. num. 9. tom. 5. Scacci. de iudic. lib. 2. c. 9. num. 776. *Nam ad poſitionem conſequentis* † *ſequitur poſitio antecedentis*, l. Illud, D. de acquir. hæredit. *Et deſtructo conſequenti*, † *deſtruitur & antecedens*, l. Apud antiquos C. de furt. Euerard. in topic. legal. loco, 97. 151 152 153

154 *In conſequentiam, quæ veniunt, non ſunt attendenda, & inſpiciendum eſt, quod principaliter agitur, non quod incidẽter*, l. 1. D. de authorit. tut. l. Is qui, D. de liber. cauſ. l. Verum, D. de furt. l. Si quis nec cauſam, *vbi late* I. C. à n. 3. ad 23. D. ſi cert. pet. l. cõditionibus pupillus, D. de condit. & demonſtr. *cum alijs*

de

de quibus Mant. dial. 47. Pute. deciſ. 519. num. 3. lib. 2. Mohed. deciſ. 2. num. 2. de præbend. Gonçal. ad regul. 8. Cancel. gloſ. 45. §. 1. nu. 25. *quos citat* Ioar. Petr. Monet. tract. de diſtrib. quotidi. part. 2. quæſtion. 5. num. 23 Ludouic. Cenſ. de cenſib. p. 2. cap. 1. quæſt. 3. art. 8. nu. 17. *Multa enim incidenter fie*
155 *ri permittuntur*, † *quæ principaliter denegantur*, l. Quoties, C. de iudic. l. Cum creditor, §. Qui furem, vbi Bartol. D. de furt.

156 CONSEQVENTIA *non fit á remotis*, l. Non hoc D. vnde cog. Ioann. Mari. Nouar. quæſt. forenſ. lib. 1. quæſt. 15. num. 7. *iunctis notatis infra* lit. I. num. 18. cũ duobus ſeq.

CONSILII *natura eſt, vt*
157 *quamuis ad deliberandum excitet, non tamen ad ſequendũ obliget*, l. Cum pater, 77. §. Mando. & ibi Bart. D. de legat. 2. l. 1. §. Idem Pomponius, vbi gloſ. verb. Quia ſé, D. de poſit. l. 1. §. Si vero ſuaſeris D. de pœn. l. ... enim D. mandat. cap. Cum olim, de arbit. Menoch. de præſūpt. lib. 6. quæſt. 34. num. 25. cum ſequenti. Coſta in l. Cũ tale, §. Si arbitratu, limit. 11. num. 1. D. de condit. & demonſtrat. Couar. in reput. capit. Quamuis pactum, de pact. in 6. part. 1. §. 2. nu. 6. & 7. verſ. Secundum, & de ſponſal. part. 2. cap. 3. §. 8. num. 3. Pichard. ad §. 3. inſtit. de pupill. ſubſtit. nu. 9. Thom. de Thomaſet. regul. 78. & 196. Gonçal. ad regul. 8. Cancel. gloſ. 46. num. 35. cum ſequent. & nu. 57. Cald. Pereir. in l. Si curatorem, verb. Sine curatore, num. 106. C. de in integ. reſtit. minor. & de nominat. emphyt. quæſt. 1. num. 39. Acaci. Anton. in comment. ad l. 5. num. 67. D. de condit. & demonſtr. & ad l. Titio centum, §. Titio centum num. 64. & 65. D. eod. *plurimos referant* Gutier. de tutel. part. 1. cap. 8. numer. 4. & P. Sanchez de matrimon. libr. 1. diſput. 31. num. 24. *pleniſsimè de conſilij natura, & qualitate*, Farin. in praxi crimin. quæſt. 129. per tot. *&*

Digitized by Google

per relatos à Gonçal. dict. loco, num. 89.

158 CONSILIVM *mutare in melius, ſapientis eſt*, l. Nõ numquam, vbi gloſ. D. de collat. bonor. princip. inſtit. de legat. & ib. Angel. Aret. Rebuf. in tract. nominat. q. 17. num. 4. Scacc. de appellat. quæſt. 17. limit. 47. memb 1. num. 33. Bertazol. in repet. l. Si quis maior, C. de tranſact. numer. 282. *firmat ſcientiſſimus* Senec. declamat. libr. 4. *in hac verba*: Non eſt leuitas à cognito, & damnato errore diſcedere, *Quod ex eodem Senec. limitandum eſt*, *qui* de benefic. lib. 4. *ita inquit*. Non mutat ſapiens conſilium omnibus his manentibus, quæ erant cum ſumeret. *Aliter, & de iure cuique illud mutare licet*, gloſ. in d. l. Nonnumquam auth. de nuptijs, §. 1. coll. 4. cap. Mutare, de regul. iur. lib. 6. Surd. conſil. 167. num. 10. Cardin. Tuſch. tom. 5. lit. M. conclu. 435. Thom. de Thomaſet. regul. 186. *vbi intel-*

159 *ligit procedere*, ✝ *niſi lex aliquo caſu reſiſtat, vel niſi in alterius praiudicium, damnum vt mutetur*.

CONSVETVDO *eſt altera natura vt probat text. in* l. Actor, D. de probat. & in l. In ſumma, D. de aqua pluu. arcẽd. & ex Philoſopho *aſſerit* Surd. de aliment. tit. 1. nu. 7. Ioan. Anton. Mangil. de imputationib. quæſt. 77. num. 25. 160

CONSVETVDO *parem vim habet cum lege*, l. De quibus, D. de legib. §. Ex non ſcripto, inſtit. de iure natur. gent. & ciuil. cap. fin. extra de conſuetud. l. 2. C. quæ ſit longa conſuetud. c. Conſuetudo, 1. diſtin. Ioan. Mar. Beller. diſquiſit. cleric. part. 1. tit. de fauore clericor. perſonali, §. 3. nu. 10. pag. 232. Guid. Pap. ſingul. 803. Bernar. Græua ad pract. Camer. Imperial. lib. 1. concl. 36. Thom. de Thomaſet. regul. 78. Stephan. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 801. num. 11. & 12. & c. 892. num. 17. tom. 3. Mangil. de imputationib. q. 15. nu. 2. Mar. Giurb. in conſuetud. ſenat. Meſſan. in procem. num. 22. 161

Vn-

162 *Vnde venit appellatione iuris,* Mencha. quæſt. frequent. c. 3. num. 32. Bernard. Græua d. lib. 1. conclu. 36. n. 2.

163 *Imo praualet iuri ſcripto vbi ſonat in turpe,* dict. l. De quibus, & l. ſeq. D. de legib. Pariſ. conſil. 13. n. 18. & ſeq. conſil. 14. n. 5. & conſ. 21. nu. 14. & ſeq. lib. 1. Ioan. Anton. Mangil. de imputationib. q. 74. num. 4.

164 *Et eſt potentior ſtatuto,* Gõçal. ad regul. 8 Cancel. gloſ. 45. §. 1. nu. 78. Ioan. Mar. Nouar. quæſt. forenſ. lib. quæſt. 103. num. 2.

165 CONSVETVDO *eſt optima legum interpres,* cap. Cum dilectus de conſuetud. l. Minimè, l. Si de interpretatione, D. de legib. Syluan. conſil. 88. numer. 27. Tiraquel. de nobilit. cap. 10. nu. 9. Afflict. deciſion. 166. n. 9. & deciſion. 173. numer. 3. Mendch. cõſil. 32. n. 34. & cõſil. 390. n. 21. & cõſil. 577. n. 2. & 3. volu. 3. Maſcard. de probat. conclu. 1415. n. 10. Brunor à Sole in locis commun. verb. Conſuetudo, 6. Cardoſ. in praxi iudic. & aduocator. eodem verb. num. 3. Cald. Pereir. in l. Si curatorem, verb. Contractum. numer. 29. C. de in integr. reſtit. min. Rot. Roman. apud. Farinac. deciſion. 642. numer. 15. in fin. tom. 2. part. 1. Ioann. Mar. Bellet. dict. part. 1. tit. de cleric. debitore, §. 12. num. 27. pagin. 461. Mendez à Caſtro in praxi Luſit. lib. 2. & 1. num. 12. Cened. *plures alios referens* practic. quæſt. 3. numer. 11. Camil. Borrel. in ſumm. deciſ. titul. 14. numer. 88. part. 1. Mari. Giurb. conſil. crimin. 19. num. 42. & 54. & conſil. 39. num. 64. Marilian. deciſ. 174. n. 4.

Et priuilegiorum, ac ſcriptu-
rarum, quæ ex decemi lapſu in- 166
terpretantur. Molini. de primog. lib. 2. cap. 6. num. 57. Gutierr. practic. lib. 3. quæſt. 62. num. 26. P. Molin. de iuſtit. & iur. tom. 3. diſput. 590. coniect. 9.

CONSVETVDINE *po-*
teſt introduci quidquid 167
poteſt per priuilegium concedi, Cardin. Tuſch. tom. 2. lit. C. conclu. 808.

Digitized by Google

168 CONSVETVDO habet *vim pacti, & eſt fortior pacto, & facere poteſt quidquid agere valet pactum*, Ioan. Anton. Mangil. de imputationib. quæſt. 74. num. 2. & 3. *& notauimus ſupra* lit. A. numer. 496.

169 CONSVETVDO *eſt interpretatiua contractuum*, l. Quod ſi nolit §. Qui aſsidua, D. de ædilit. edict. Magon. deciſ. Florent. 56. numer. 3. & deciſion. Lucenſ. 7. num. 21. Menoch. de arbitrar. caſu 83. num. 10. Camil. Borrel. dict. tit. 14. nu. 93. *Et facit partes contrahere ſecundū eam*, Surd. deciſ. 223. à numer. 11.

170 *Et quælibet diſpoſitio à conſuetudine recipit interpretationem*, ex Surd. de aliment. tit. 1. quæſt. 66. num. 4.

171 CONSVETVDO *poteſt quidquid poteſt præſcriptio*, Cardin. Tuſch. dict. lit. C. concluſ. 809.

172 CONSVETVDO *facit licitum, quod aliàs eſt illicitum*, Roland. conſil. 58. nu. 19. lib. 4. Ioſeph. Ludouic. Peruſ. deciſ. 62. numer. 14. Seraphin. de priuileg. iuram. priuileg. 83. nu. 56. Gutier. practic. lib. 3. quæſt. 29. nu. 22. Mexia in tract. taxæ panis, conclu. 3. num. 15. Nos de priuileg. pauper. & miſerab. perſon. quæſt. 44. numer. 59. part. 2.

Et excuſat à pæna temporali, & delicto, Surd. cōſil. 270. num. 25. Nicol. Intrigliol. conſil. 11. num. 21. & 22. lib. 1. Carol. de Graſ. de except. ad ſtatut. exclud. omnes except. excep. 28. num. 42. & 43. *Etiam mala*, text. & gloſ. in cap. Cum venerabilis, de conſuetud. Crem. ſingul. 149. Menoch. conſil. 1. num. 257 Gamm. deciſ. 50. numer. 3. Surd. d. conſil 270. nu. 25. Bertazol. conſil. crimin. 263. num. 19. vol. 2. Ioan. Mar. Nouar. quæſt. forenſ. lib. 1. quæſtion. 90 num. 4. *Aut irrationabilis* Bertazol. *vbi proximè*, Gamma. dict. deciſ. 50. num. 4. 173

Licet autem excuſet à pæna in illicitis; non tamen à nullitate contractus, & à reſtitutione pecuniæ indebitè acceptæ, l. Quis ſit fugitiuus, §. Apud La- 174

Labeonē, D. de ædilit. edict. Vincent. Carot. ſingul. 412.

175 *Et an tam quoad pœnam temporalem, quam quo ad ſpiritualem conſuetudo excuſet? vide,* Tiraquel. de pœn. tempor. cauſ. 47. num. 15. Roland. conſil. 96. numer. 31. lib. 2. Peguer. deciſ. 74. num. 3. & 5. Alex. Raudenſ. deciſ. Piſan. 7. num. 34. Nicola. Intregliol d, conſ. 11. num. 30. Farinac. de pœn. tempor. q. 95. num. 39. & de delict. q. 20. num. 45. cum ſeq. Triuiſ. deciſ. 44. num. 6.

176 CONTENTVM *ſequitur naturam continentis*, l. Adeo, 7. poſt princip. verſ. Inſula, D. de acquir. rer. domin. l. Quod ſi neque, 14. ad med. in verſic. Materia, D. de peric. & commod. rei vend. l. Ad teſtium, 22, §. fin. D. de teſtam. Gonçal. ad regul. 8. Cancel. gloſ. 10. num. 10. Stephan. Gratian. diſcept. forenſ. tom. 5. cap. 940. num. 32.

177 *Et unum alterius appellatione continetur,* l. Solent, D. de offic. Proconſ. & legat. cap. Per exceptionem, 9. extr. de priuileg. lib. 6. Gonçal. vbi proximê Menoch. conſil. 287 num. 19. lib. 3. Mohedan. deciſ. 5. ad fin. de priuileg. Stephan. Gratian. dict. cap. 940. num. 33. & duobus ſeq.

Et abrogato continenti, ſimiliter & contentum cenſetur abrogatum Gonçal. dict. loco, num. 11. & ſequent. & Gratian. præfato, capit. numero 31. 178

CONTINENTI *quæ ſiūt, videntur ineſſe: notamus* verb. Incontinenti. 179

CONTINENTIA *cauſa diuidi non debet, diximus* hac litera, num. 62. 180

CONTRACTVS *ex conuentione partium legem accipiunt*, l. 1. §. Si conueniat, D. de poſit. l. Contractus, D. de regul. iur. l. Lege, D. de pact. conuent. l. 1. C. de oper. libert. l. 1. C. cōmod. cap. Contractus, 85. de regul. iur. lib. 6. Surd. conſil. 34. num. 24. conſil. 383. nu. 6. & conſil. 389. numer. 26. Cald. Pereir. de renouat. emphyt. quæſt. 11. nu. 19. Cardoſ. in praxi iudic. & aduocat. verb. Contractus, num. 181

Digitized by Google

12. Cardin. Tuſch. lit. C. concl. 980. Cardin. Seraphin Rot. Roman. deciſ. 787. num. 2. Pichard. ad §. Si quis alim. inſtit. de inutil. ſtipulat. num. 2. Ludouic. Cenſ. de cenſ. part. 2. cap. 1. q. 3. art. 8. num. 29. Thom. de Thomaſet. in florib. leg. regul. 83. *vbi quando contractus ſunt legitime facti, procedere dicit, non aliter*, l. Pacta, 6. C. de pact. Nicola. Intriglilo.
182 deciſ. 36. num. 22. *Et à partium conuentione formam † contractus recipit*, Rot. Roman. apud eundem Farin. deciſ. 669. num. 4. tom. 2. part. 1. *Et regulatur ſecundum contrahentium voluntatem* Surd. cõſil. 52. num. 69. *Vbi intelligit quando habet ſubſtantialia, aliter ſecus. Et contractus talis,*
183 † *qualem partes appellant, iudicatur*, Surd. conſil. 164. numer. 11. conſ. 243. numer. 3. & conſ. 523. numer. 28. *cum alijs adductis infra* lit. N. numer. 50.

184 *Amplia etiam ſi vltra, vel præter naturam contractus fuerit conuentum*, Rot. Roman. apud Farinac. deciſ. 415. n. 4. tom. 1. part. 1.

CONTRACTVS *& diſtractus à pari procedunt, eiuſdemq́; ſunt naturæ, notauimus* lit. A, numer. 363. cum duobus ſequent. 185

CONTRACTVS *claudicare nõ debet*, l. Iulianus, §. Si quis, D. de action. empt. l. Si cum dies, § pen. D. de recept. arbitr. l. Labeo, D. de verb. ſignific. Surd. deciſ. 52. num. 9. & conſil. 9. nu. 10. & ſeq. conſil. 431. num. 44. *vbi limitat in minore*, & conſil. 457. num. 26. & conſil. 460. numer. 3. & conſil. 527. num. 3. Menoch. cõſil. 122. num. 39. Cald. in l. Si curatorem, verb. Hunc contractum, num. 4. C. de in integ. reſtit. minor. Cardin. Tuſch. liter. C. conclu. 982. Franc. à Souſ. in repet. §. Actionum inſtit. de action. p. 4. num. 27. Thomas de Thomaſet. regul. 84. *vbi procedere dicit, quando militat eadem ratio.* 186

CONTRACTVS *non debet operari vltra intentionem agentium*, l. Non omnis, D. ſi cert. pet. l. In agris, D. de 187

de acquir. rer. domin. l. 2. D. de his, quæ in teſtam. delen. l. Legata inutiliter, D. de legat. 1. l. Cum. tale, §. vlti. D. de condit. & demõſtr l. Age cum Geminiano, C, de tranſact. Conan. in comment. iuris ciuil. lib. 7. capit. 1. num. 13. Anton. Gomez ad l. 22. Taur. num. 24. *cum alijs ſupra citatis* lit. A. n. 134.

188 CONTRACTVS *ab initio eſt voluntatis, ex poſtfacto, neceſsitatis*, l. Sicut ab initio, C. de actionib. & oblig l. In commodato, §. ſicut. D. commod. l. De contractu, C. de reſcind. vendit. l. Quamuis, C. de tranſaction. l. Nõ id circo, in fin. D. de contrahend. emption. l. Eo quod, C. ſi cert. pet. l. Si mandauero, §. Sicut, D. mandat. §. penult. inſtit. cod. titul, l. Cu ius in bonis, in princip. D. de curat. furioſ. l. Si quis argentum, §. fin. C, de donat. Tiraq. in l. Si vnquam, verb. Libertis, num. 15. C. de reuoc. donat. Gutier. practic. lib. 3. quæſt. 43. num. 14. Flamin. de reſignat. benef. lib 1. quæſt. 13. num. 7. Cardoſ. in praxi iudic. & aduouat. verb. Contractus, numer. 8. Cardin. Tuſch. lit. C. concl. 983. Cardin. Seraph. Rota Roman. deciſ. 427. numer. 1. Surd. conſil. 38. num. 6. conſil. 68. nu. 1. conſil. 179. num. 54. conſil. 191. num. 23. conſil. 205. num. 9. conſil. 484. num. 2. & conſil. 531. num. 4. Gonçal. ad regul. 8. Cancel. gloſ. 43. nu. 127. & gloſ. 58. num. 16. Menoch. de præſump. lib. 4. præſump. 109. num. 3. & præſumpt. 110. num. 3. Thom. de Thomaſet. regul. 6. *Vbi dicit procedere quando contractus iure ſunt perfecti, ſecus ſi ſuperueniat fraus, & dolus, vel ab eis de conſenſu vtriuſque partis recedatur.*

Amplia etiã in Principe, qui nec de plenitudine poteſtatis cõtractum perfectum reuocare poteſt, tradit, pluribus relatis Vincent. Carot. ſingul. 114. *multoſque retulimus* Nos de priuileg. pauper. & miſerab. perſon. part. 1. quæſt. 6. numero 36. 189

CONTRACTVS *aut totus acceptãdus eſt, aut totus* 190

repu-

repudiandus, l. Cum quæritur, D. de adminiſtr. tut. l. Nam abſurdum, D. de bon. libert. Tiraq. de retract. conuent. ad fin. tit. num. 4. cum ſeq. Stephan. Gratian. diſcept. forenſ. c. 301. nu. 57. Cald. Pereyr. quæſt. forenſ. conſ. 39. Surd. conſ. 104. num. 3. & conſ. 150. num. 21.

191 CONTRACTVS *omnis, ſeu quælibet diſpoſitio, promiſſio, vel pactum etiam iuramento firmata, intelliguntur, rebus ſic ſtantibus*; l. Continuus, §. Cum quis, D. de verb. oblig. l. Quod ſeruus, vbi gloſ. D. de condict. ob cauſ. l. Quæro, §. Inter locatorem, D. locat. Hyppol. conſil. 76. nu. 31. volum. 1. Tiraquel. in. l. Si vnquam in princip. num. 166. C. de reuoc. donat. Maſcard. de probat. conclu. 1131 num. 27. & concluſ. 1157. n. 7. Surd. conſil. 418. num. 8. & conſil. 445. num. 35. & de aliment. titul. 2. quæſt. 15. num. 187. & tit. 8. priuileg. 56. num. 61. & deciſ. 326. n. 31. Gutierr. practic lib. 3. quæſt 41. num. 37. & 38. & de tutel. part. 1. cap. 1. nu. 23. Flamin. de reſignat. benefic. lib. 1. quæſt. 14. num. 11, & lib. 3. quæſt. 18. numer. 123. Cald. in reſponſo pro Duce Paſtranæ, num. 6. & in reſponſo pro Duce Roderico à Sylua, verſ. Ad hæc, Stephan. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 96. nu. 23. to. 1. Aloyſ. Ricci. in collect. deciſ. part. 5. collect. 1771. Marc. de clauſ. part. 1. clauſ, 127. numer. 1. cum ſequent. & part. 3. clauſul. 73. Rot. Roman. apud Farinac. deciſ. 606. nu. 3. in nouiſ. Fernandez Otero ſelect. interpret. lib. vni. in interpret. cap. fin. de conſuetud. num. 77. Mari. Anton. vari. lib. 2. reſolut 55. num. 29. 31. & 32. Reinoſo obſeruat. 35. num. 7. Ioan. Mar. Nouar. in praxi elect. & variat. fori, quæſt. 10. nu. 16. ſect. 2. Nicola. Bander. ſingul. 1. numer. 8. Nos de priuileg. pauper. & miſerab. perſon. quæſt. 41. numer. 3. part. 1.

CONTRACTVS *ex tacita contrahentium mente interpretationem recipiunt*, l. In conuentionalibus, D. de verbor. 192

bor. oblig. Petr. Surd. conſil. 321. num. 52. & conſil. 507. numer. 6. Reinoſ. obſeruat.
193 41. num. 23. *Et in contracti-bus, potius mens, † quam ver-ba ſunt attendenda*, Molin. de primogen. lib. 1. c. 4. nume ro 20.

194 CONTRACTVS *concluſio attenditur*, l. Si dominus, D. de præſcript. verb. Stephan. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 115. num. 35. tom. 1. Surd. conſil. 202. num. 6. & conſil. 217. num. 11.

195 CONTRACTVS *initium ſpectandum eſt, & cauſa*, l. Si procuratorem in princip. D. mand. l. 1. §. Non ſolum, D. depoſit. l. Si tamen, D. ad Macedon. Ioan. Anton. Mangil. de imputation. quæſt. 30. num. 28.

196 CONTRACTIBVS *omiſſum habetur pro omiſſo*, l. Quidquid aſtringendæ, D. de verb. oblig. Pariſ. conſ. 117. num. 6. Surd. de alim. tit. 8. priuileg. 76. & deciſ. 283. n. 5. *cum alijs ſupra adductis* hac ead. lit. num. 5. & ſeq. *præcipuè* num. 8.

197 CONTRAHENTES, *& teſtator conformare ſe cum iure videntur*, l. Hæredes mei, §. Cum ita, D. ad Trebel. l. Quæro, §. Inter locatorem, D. locat. Menoch. conſil. 111. num. 17. & de præſump. lib. 3. præſump. 28. num. 2. Maſcard. de probat. conclu. 1415. à num. 2. Surd. deciſ. 2. num. 11. & conſ. 198. nu. 13. Gonçal. ad regul. 8. Cancel. gloſ. 5. num. 81. Valaſc. conſult. 134. num. 11. Anton. Gamm. deciſ. 16. num. 4. & deciſ. 193. num. 6. Caldas Per. de empti. & vendit. cap. 9. num. 10. Gutierr. practic. lib. 3. quæſt. 70. num. 29. & queſt. 101. num. 3. & conſ. 18. num. 7. cum ſeq. Stephan. Gratian. diſcept. forenſ. tom. 5. cap. 966. num. 26. *Et cenſentur ſe conformare cum ſtatutis † loci in quo cõtra-hitur*, Cardin. Seraphin. Rotæ Roman. deciſ. 264. num. 198
15. *Et cum conſuetudine †* Menoch. de præſumption. 38. 199
num. 9. *Et ſecundum ius † con-traxiſſe præſumuntur*, Bero. 200
conſil. 2. nu. 11. lib. 1. Lucca deciſ. fin. num. 24. *hos referens* Antonin. de Amato, reſo-

Digitized by Google

reſolut. 34. num. 20.

201 CONTRAHENTIBVS *licet ſe inuicem decipere*, l. In cauſæ 13, 2. in fin. D. de minor. l. In pretio, §. Quemadmodum, D. locat. Thom. Ferrar. cautel. 4 incipit. Regula eſt, num. 1. & ſequent. Ioan. Stephan. de contract. gloſ 10. verb. Cum ipſo marito, nu. 8. Menochi de præſump. lib. 5. præſump. 1. n. 23. Franciſ. Molin. de ritu nupt. lib. 3. quæſt. 45. num. 9. *nouiſsime* Valer. de different. vtriuſque fori, verb. Contractus, different. 1. numero. 1.

De quarum legum intellectu, axiomatiſque veritate, & materia, videre licet agemes(post gloſ. in l. Semper in contractus, gloſ. vni. in fin. D. de regul. iur. *& prope infinitos, quos adducit* Ioan. Stephan. Limbetteng. dict. loco) Couarru. variar. lib. 2. cap. 3. à num. 2. Anton. à Padill. in l. 2. C. de reſcind. vendit. num. 10. & ſequent. & ibid. Pinel. 1. p. cap. 1. num. 32. & ſequet. Mantiez. in l. 1. titul. 11 gloſ. 1. num. 1. & ſequentib. lib. 5. nouæ Reg. collect. Ceuall. comun. contra commun. quæſt. 511. à n. 5. Rodrig. de annuis redditib. lib. 1. quæſt. 11. num. 6. Caſtillo controuerſ. lib. 2. cap. 8. à num. 13. Petr. Barboſ. in rubric. D. ſolut. matrim. part. 4. num. 26. ad fin. Cardin. Manti. de tacit. & ambig. conuent. lib. 4. titul. 20. numer. 53. cum ſeq. Nauar. in cap. Qualitas, n. 41. de poenit. diſt. 5. & in cap. Nouit, de iudic. not. 6. num. 49. P. Suarez de legib. lib. 2. cap. 10. num. 5. Rebello de obligat. iuſti. lib. 9. quæſtion. 3. ſect. 1. *& alios relatos per* Auguſtin. Barboſ. in collect. ad Decretal. ad cap. Cum dilecti, 3. num. 4. de empt. & vendit. Valer, dict. liter. C. different. 1. per tot. Farinac. fragm. crimin. 1. p. liter. D. ex num. 29. ad num. 55. *Vbi copioſiſsimè cũ ampliationibus, extenſionibus, & limitationibus*, Bargal. de dolo, libr. 2. titul. de dolo ex propoſito, & re ipſa, fol. mihi 149. num. 17. Scacc. de commer. §. 1. quæſt. 7. part. 2.

am

Digitized by Google

ampl[illegible], 10. à numer. 1. Spino. de teſtament. in rubric. part. 13. num. 50. Anton. Fabe. in ſuo codic. libr. 9. titul. 15. de falſa monet. diffinit. 2. num. 8. in allegat. *Cui limitatio quoque infra proximè, num. 206. tradita conuenit.*

202 CONTRAHENS *cum alio, vel eſt, vel eſſe debet non ignarus conditionis eius*; l. Qui cum alio, D. de reg. iur Surd. conſil. 150. num. 24.

203 *Et eius conditionem ſcire præſumitur*, capit. Innotuit, vbi gloſ. de elect. l. Si patronus, ibi Bart. D. de confirm. tut. Surd. dict. num. 24. & ſeq. Menoch. de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 88. n. 1. & Nos de priuileg. pauper. & miſerab. perſon. quæſt. 45. num. 11. & ſeq. part. 1.

204 *Limita axioma, & dict. l.* Qui cum alio, *diſpoſitionem procedere reſpectu perſonæ, non rerum de quibus contrahitur, ita* Ioann. Cephal. conſil. 393. num. 99. Surd. conſil. 13. num. 38. & conſil. 150. numer. 23. *Licet ex toto hanc non audeat firmare limitationem.*

Limita ſecundo, quando in contractu interuenit dolus, vel deceptio, ex eaque prouenit ignorantia, ſic Surd. dict. conſil. 13. numer. 40. & conſil. 150 num. 131. *vbi etiam* numer. 124. *Limitat in caſibus in quibus ex natura* † *contractus alter ex contrahentibus omnes rei qualitates ei cum quo contrahit notificare teneretur, vt* toto tit. D. de ædilit. edict. *Limitationique huic multa exempla à* Valer. Maximo lib. 8. capit. 2. *enarrata deſeruiunt.* 205

206

CONTRAHITVR *quaſi in iudicijs, notamus* verb. In iudicijs. 207

CONTRARIA *ſimul eſſe non poſſunt*, l. Mutuis, D. pro ſoc. l. 1. C. de furt. Menoch. de retinen. poſſeſſ. remed. 3. numer. 516. Anton. Monach. decif. Lucenſ. 25. num. 6. *Ideo ad poſitionem vnius, ſequitur remotio alterius* l. Si inter, D. de except. rei iudic. l. Hæc verba ille, aut ille, 124. D. de verb. ſignific. *Et ſe inuicem elidunt, & mutuo ſe expellunt, & vno poſito, remouetur alterum*, Surd. decif. 24. numer. 10. & de- 208

209

 ciſ.

ciſ. 92, numer. 11. & conſil. 67. numer. 42. conſil. 179. num. 15. conſil. 211. num. 16. conſil. 218. nu. 43. conſil. 320. num. 13. cõſil. 435. num. 15. conſil. 481. num. 7. conſil. 487. numer. 34. conſil. 524. numer. 20. & conſil. 573. num. 34. Gonçal. ad regul. 8. Cancel gloſ 54. numer. 24. & gloſ 57. num. 6. Stephan. Gratian. diſcept. forenſ. tom. 5. cap. 891. num. 18. diſcept. 894. numer. 4. Scacc. de cõmerc. §. 6. gloſ. 1. num. 24. *Nec poſſunt eſſe ſub eodem ſubiecto*, gloſ. in l. fin. D. de diuort. l. Vbi repugnantia, D. de regul. iur. Alciat. de præſumpt. regul. 2. præſump. 3. num. 5. Bernard. Diaz. regul. 25. Cæſar Argel. de contradict. legit. quæſtion. 1. numer. 59. Franciſc. Molin. de ritu nupt. lib. 1. cap. 15. nu. 21. Thom. de Thomaſet. in florib. legum, regul. 101. *Vbi*

209 *procedere aſſerit, ſimul ✝ & eodem tempore, eodemque ſubiecto, vel ſecundum* Logicos, *in habitibus moralibus; ſecus autem in ſpeculatiuis, vel in concreto, & in realibus*, [illegible] *vero in abſtracto, & in imaginatione ſic pariter limitat, & intelligit* Sigiſmund. Scacci. de commerc. §. 6. gloſ. 1. numero 77.

CONTRARIA *præterea duo poſſunt procedere, exiſtereque diuerſis reſpectibus*, Roch. Curt. de ſtatut. ſect. 2. num. 38. Tiraquel. de nobilit. cap. 28. numer. 13. Farinac. in praxi crimin. part. 4. conſil. 30. numer. 62. Scacci. de commerc. §. 6. gloſ. 1. numer. 77. *vbi explicat, ac exemplificat.* 210

CONTRARIA *contrarijs curantur*, cap. 2. de hæretic. lib. 6. cap. Sit rector, 43. diſt. D. Antonin. de excommun. capit. 37. numer. 3. Facitque Ouid. Metam lib. 2. *Et ſæuis compeſcuit ignibus ignes.* 211

CONTRARIA *plura incompatibilia ſi concurrant, præualent vltima*, Cardin. Domin. Tuſch. practicar. concl. lit. C. concl. 1011. *qui limitat, & extendit*, Alber. Brun. de augment. conclu. 3. princip. num. 53. 212

CON-

213 **C**ONTRARIA *allegans nō eſt audiendus*, l. 1. C. de furt. l. Tranſactione, C. de tranſact. l. Titiæ, D de condit. & demonſtr. cap. Imputari extra de fide inſtrum. c. Solicitudinem. de appellat. Menoch. de præſumpt. lib. 2. q. 41. n. 2. Gregor. Lopez in l. 111. verb. Ninguna, tit. 18. par. 3. Couar. variar. lib. 2. cap. 2. num. 2. in fin. Cabed. deciſ. 34. num. 9. part. 1. Stephan. Gratian. March. deciſ. 54. num. 18. Cardoſ. in praxi iudic. & aduocator. verb. Allegatio, num. 4. Mari. Anton. variar. lib. 1. reſolut. 56. num. 11. Anton. Monach. Bonon. deciſ. 34. num. 1. Cardin. Tuſch. lit. C. conclu. 1005. Rendina in promptuario receptarum ſẽtentiarum, tit. 100. num. 10. *vbi regulam hanc locum non ha-*

214 *bere declarat, quando † contra diuerſas vult quis perſonas experiri.*

215 *Limita etiam vt contraria allegans admittatur vnum de cō trarijs eligendo, quod ſibi licet, vt docet, notabile dicens* Bald. in l. Cum precatum, nu. 5. C. de liberal. cauſ. Dec. in d. c. Solicitudinem, nu. 17. de appellat. Vincent. Carot. in ſingularib. ſuis, ſingul. 77.

216 *Limita præterea, & intellige, ſi ſimpliciter, & abſolute allegentur contraria, ſecus ſi conditionaliter, & qualificatè*; ex l. Si quidē, 9. C. de except.

217 *Et generaliter in excipiēte ad ſe defendendum*, cap. Nullus pluribus, de regul. iur. lib. 6. Cardin. Tuſch. lit. E. conclu. 428.

218 **C**ONTRARIETAS *in omni diſpoſitione vitanda eſt*, l. Vbi repugnantia, D. de regul. iur. Surd. deciſ. 276. num. 3. Farin. praxi. crim. par. 4. conſ. 95. nu. 7. Cardin. Tuſch. lit. C. conclu. 1008. *Et vt contrarietas euitetur, ac tollatur, fieri debet interpretatio*, c. Inter dilectos de fide inſtrum. Surd. conſ. 230

219 num. 28. & conſ. 357. num. 24. *Omnisq; diſtinctio † diuiſioque facienda eſt*, idem Surd. conſ. 420. nu. 38. conſ. 443. num. 34. & conſ. 487. nu. 5. Stephan. Gratian. diſcept. forenſ. tom. 5. c. 889. n. 8. *Etiā*

220 *impropriando † verba*, Surd.

 conſ.

conſ.279. nu. 14. Stephan. Grat. cap. 839. nu. 17. & c. 946. n.28. tom. 5.

221 CONTRARIORVM contraria eſt ratio, & contrarius effectus, l. fin. D. de edéd. l. Qui accuſare. D. de accuſat. Euerard. in topic. legalib. loco 75. Surd. conſ. 350. num. 22. Cæſar Argel. de contradict. legiti. q. 33. n. 79.

222 CONTRARIORVM eadẽ eſt diſciplina, l. 1. D. de his qui ſunt ſui, vel alieni iur. l. fin. D. de legat. 3. l. In fundo, D. de rei vendic. l. Inter ſtipulantem, §. Sacram. D. de verb. oblig. l. 1. §. Si quis vltro, D. de queſtion. l. Et ſi contra in fin. D. de vulg. & pupil. ſubſtit. l. Nihil tã naturale, D. de regul. iur. §. 1. & ibi gloſ. verb. Intelligemus inſtit. de h qui ſunt ſui vel alien. iur, §. 1. inſtit. de tutel. c. Inter dilect. de iur. iur. c. Tranſlato de cõſtit. Ariſtot. libro 7. topic. c. 1. Euerard. in topic. legal loco 73. Surd. conſil. 1. nu. 92. conſil 135. numer. 34. conſil. 151. numer. 27. conſil 301. numer. 22. conſil. 302. numer. 4. conſ. 310. nu. 12 conſil. 323. num. 25. conſ. 341. numer. 24. conſ. 350. num. 22. conſ 364. num. 49. & conſ. 471. num. 63. Acacius. Anton. in comment. ad rubr. & de condit. & demonſt. cap. 1. num. 56. Brunor à Sole in locis cõmunib. verb. Contrarietas, 2. Ceuall. comm. contra cõmun. tom. 4. quæſt. 897. n. 884. Ioſeph. de Seſſ. decıſ. 52. nu. 38. Pichard. ad princip. inſtit. de his qui ſunt ſui, vel alieni iur. num. 1. Mari. Anton. variar. lib. 1. reſolut. fin. caſu 51. Gonçalez ad regul. 8. Cancel. in procem. §. 5. num. 118. & gloſ. 6. num. 117. & 174. Lamberteng. de contract. gloſ. 2. verb. Mulierum, nu. 72. in fin. Scacc. de iudic. 1. parti. capit. 100. num. 2. Stephan. Gratian. diſcept, 857. num. 26. tom. 5. Cald. Pereyr. de empt. & vendit. cap. 6. num. 6. Mangil. de imputat. quæſt. 6 nu. 5. & q. 52. n. 2. Vincent. Fuſar. de ſubſt. q. 245. n. 8. Ant. Riccius de iure perſon. extra Eccleſ. gremi. exiſtẽt. lib. 4. cap. 45. num. 9. Galgan. de con-

condit. & demonſtr. par. 2. cap. 1. quæſt. 19. numer. 1. *vbi de huius axiomatis agit intellectu.*

223 *Limita ſi diuerſa eſt ratio.* dict. l, Inter ſtipulantem, §. Sacram. vbi Iaſ. num. 26. & alij. D. de verbor. obligat. Cardin. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 3. tit. 15. num. 2. Valençuel. conſ. 100. numer. 28. Mari Giurb. conſ. 15. numer. 31. Vincent. Fuſar. de ſubſtit. dict. quæſt. 245. num. 9.

224 CONTRARIVM *effectũ operari non debent inducta ad vnum finem*, l. Legata inutiliter, D. de legat. 1. l. 2. ante finẽ C. de iuram. calumn. l. Qui hominem, §. fin. vbi not. DD. de ſolut. capit. Maiores, §. Sed adhuc, & ibi notatur, extra de baptiſ. Card Tuſch. lit. C. concl. 1010. Cæſar. Argel. de contradict. legiſ. quæſt. 3. num. 136. *intellige, vt* lit. I. nu. 71.

225 *Nec inducta in fauorem, aut commodum*, l. Legatum. D. de adim. legat. l. Quod. fauore, C. de legib. capit. Quod ob gratiam. de regul. iur. lib. 6. Cæſar Argel. d. tract. & quæſt. num. 191.

CONVERSATIO *praua bonos mores corrumpit*, c. Sæpè 28. q. 1. Camil. Borrel. de Regis Cathol. præſtant. c. 69. n. 23. *Senec. de ira lib.* 3. Sumuntur (*ait*) à conuerſatione mores, & vt quædam in contactis corporum vitia tranſiliunt, ita animus mala ſua proximis tradit, & epiſtol. 104. Hærebit tibi auaritia, quandiu auaro, ſordidoque commixeris. Hærebit tibi tumor, quãdiu cum ſuperbo conuerſaberis. Nunquã ſæuitiã in tortoris cõtubernio pones. Incẽdent libidines tuas adulterorũ ſodalitia. *Inde Salom. in Prouer. cap.* 13. Quicũque ſapientibus graditur, ſapiens erit. Amicus ſtultorũ ſimilis efficietur, *Conuenit* Iuuenal. ſatyr. 2. 226

Dedit hanc cognatio labẽ
Et dabit in plures, ſicut grex totus in agris
Vnius ſcabie cadit, & porrigine porci
Vuaq; conſpecta liuorem ducit ab vua.

COPVLATA *plura ſi requirũtur ad aliquid diſponendũ, nõ* 227

conſ. 279. nu. 14. Stephan. Grat. cap. 839. nu. 17. & c. 946. n. 28. tom. 5.

221 CONTRARIORVM *contraria eſt ratio, & contrarius effectus*, l. fin. D. de eded. l. Qui accuſare. D. de accuſat. Euerard. in topic. legalib. loco 75. Surd. conſ. 350. num. 22. Cæſar Argel. de contradict. legiti. q. 33. n. 79.

222 CONTRARIORVM *eadẽ eſt diſciplina*, l. 1. D. de his qui ſunt ſui, vel alieni iur. l. fin. D. de legat. 3. l. In fundo, D. de rei vendic. l. Inter ſtipulantem, §. Sacram, D. de verb. oblig. l. 1. §. Si quis vltro, D. de queſtion. l. Et ſi contra in fin. D. de vulg. & pupil. ſubſtit. l. Nihil tã naturale, D. de regul. iur. §. 1. & ibi gloſ. verb. Intelligemus inſtit. de his qui ſunt ſui vel alien. iur, §. 1. inſtit. de tutel. c. Inter lect. de iur. iur. c. Tranſlato de cõſtit. Ariſtot. libro 7. topic. c. 1. Euerard. in topic. legal loco 73. Surd. conſil. 1. nu. 93. conſil. 135. numer. 34. conſil. 151. numer. 27. conſil 301. numer. 22. conſil. 302. numer. 4. conſ. 310. nu. 11 conſil. 312. num. 25. conſ. 341. numer. 24. conſ. 350. num. 22. conſ. 364. num. 49. & conſ. 471. num. 63. Acacius Anton. in comment. ad rubr. & de condit. & demonſt. cap. 1. num. 56. Brunor à Sole in locis cõmunib. verb. Contrarietas, 2. Ceuall. comm. contra cõmun. tom. 4. quæſt. 897. n. 884. Ioſeph. de Seſſ. deciſ. 52. nu. 38. Pichard. ad princip. inſtit. de his qui ſunt ſui, vel alieni iur. num. 1. Mari. Anton. variar. lib. 1. reſolut. fin. caſu 51. Gonçalez ad regul. 8. Cancel. in proœm. §. 5. num. 118. & gloſ. 6. num. 171. & 174. Lamberteng. de contract. gloſ. 2. verb. Mulierum, nu. 72. in fin. Scacc. de iudic. 1. part. capit. 100. num. 21. Stephan. Gratian. diſcept. 857. num. 26. tom. 5. Cald. Pereyr. de empt. & vendit. cap. 6. num. 6 Mangil. de imputat. quæſt. 6. nu. 5. & q. 52. n. 2. Vincent. Fuſar. de ſubſt. q. 245. n. 8. Ant. Riccius de iure perſon. extra Eccleſ. gremi. exiſtẽt. lib. 4. cap. 45. num. 9. Galgan. de con-

Digitized by Google

condit. & demonſtr. par. 2. cap. 1. quæſt. 19. numer. 1. *vbi de huius axiomatis agit intellectu.*

223 *Limita ſi diuerſa eſt ratio.* dict. l, Inter ſtipulantem, §, Sacram. vbi Iaſ. num. 26. & alij D. de verbor. obligat. Cardin. Mantic. de coniectur. vltim. volunt. lib. 3. tit. 15. num. 2. Valençuel. conſ. 100. numer. 28. Mari Giurb. conſ. 15. numer. 3 ... Vincent. Fuſar. de ſubſtit. dict. quæſt. 245. num. 9.

224 CONTRARIVM *effectū operari non debent inducta ad vnum finem,* l. Legata inutiliter, D, de legat. 1. l. 2. ante finē C. de iuram. calumn. l. Qui hominem, §. fin. vbi not. DD. de ſolut. capit. Maiores, §. Sed adhuc, & ibi notatur, extra de bapt. Card Tuſch. lit. C. concl. 1010. Cæſar. Argel. de contradict. legiſ. quæſt. 3. num. 136. *intellige, vt* lit. I, nu. 71.

225 *Nec inducta in fauorem, aut commodum,* l. Legatum. D. de adim. legat. l. Quod. fauore, C. de legib. capit. Quod ob gratiam. de regul. iur. lib. 6. Cæſar Argel. d. tract. & quæſt. num. 191.

CONVERSATIO *praua bonos mores corrumpit,* c. 226 Sæpè 28. q. 1. Camil. Borrel. de Regis Cathol. præſtant. c. 69. n. 23. *Senec. de ira lib.* 3. Sumuntur (*ait*) à conuerſatione mores, & vt quædam in contactis corporum vitia tranſiliunt, ita animus mala ſua proximis tradit, & epiſtol. 104. Hærebit tibi auaritia, quandiu auaro, ſordidoque conmixeris. Hærebit tibi tumor, quādiu cum ſuperbo conuerſaberis. Nunquā ſæuitiā in tortoris cōtubernio pones. Incēdent libidines tuas adulterorū ſodalitia. *Inde Salom. in Prouer. cap.* 13. Quicūque ſapientibus graditur, ſapiens erit. Amicus ſtultorū ſimilis efficietur, *Conuenit* Iuuenal. ſatyr. 2.

Dedit hanc cognatio labē
Et dabit in plures, ſicut grex totus in agris
Vnius ſcabie cadit, & porrigine porci
Vuaq; conſpecta liuorem ducit ab vua.

COPVLATA *plura ſi requirūtur ad aliquid diſponendū, nō* 227

Digitized by Google

non ſufficit vnum tantum interuenire, l. Si hæredi, D. de cõdit. inſtit. Car. Tuſch. lit. C. conclu. 1035. Surd. conſ. 313. num. 39. conſ. 329. n. 25. conſ. 354. num. 22. cõſ. 357. num. 26. conſ. 363. nu. 20. conſ. 363. nu, 10. & cõſ. 403. num, 30. Stephan Gratian. diſcept. forenſ. tom. 5. cap. 973. num. 18. & 26. *Et*
228 *ſi vnũ deficiat, annullatur*† *diſpoſitio* l. Si hæredi plures. D. de condit. & demonſtr. l. Si quis ita ſtipulatus, D, de verb oblig. §. pen. inſtit. de hæredib. inſtit, Stephan. Gratian diſcep. 901. num. 19. & diſcep. 968. num. 16. Vincent. Fuſar. de ſubſtit q. 455. numer. 1. & ſeqq. *Vbi plures addit ampliationes, limitationes, etiam aſſignans, nempe in copulatis accidentaliter, In minimis, In conditionibus neceſſarijs, Et vbi fuerunt poſita ad diuerſum effectum, Quando ad plures effectus eſt copulata, Vel etiam eſt dubium, Quando copula ponitur inter contraria, vel incompatibilia, In conditionibus intrinſecis. Quando vna conditio fuit ob aliam interpoſita, Et quando altera conditionum pro non ſcripta habetur. In quibus omnibus caſibus alterum tantum impleri, ſufficere, nec copulatorum concurſum requiri, probat.*

CORRECTIO *legum vitanda eſt*, l. 1. C. de inoffic. doti. Surd. conſ. 163. 229
num. 11. *In quantum fieri poteſt*, Cephal. conſ. 294. nu. 63. Ioann. Anton. Mangil. de imputationib. quæſt. 7. n. 9. *Nec præſumitur*, l. Si quando, D. de legat. 1. l. Sancimus, C. de appellat. Decian. conſil. 32. num. 21. lib. 2, Surd. conſ. 173. nu. 9. & 11. Becci. conſ. 1. nu. 13. Mangil. d. quæſt. 7, num. 8. Caſtillo controuerſ. lib, 5. par. 2. cap. 125. numer. 7. & ſeq. *Et omnis interpretatio facienda vt euitetur* dict. l. 1. C. de inoffic. dot. Mangil. dict. loco num. 10. & quæſt. 55. nu. 2. & quæſt. 116. num. 6. *iunctis alijs traditis* lit. L. numero 37.

Amplia vt nec ex paritate rationis correctio in vno caſu facta, ad alium extendatur, Ioan 230
Anton. Mangil. dict. tract. quæſt. 130. num. 1, verſ. Item

ratio

ratio in fine, Vincent. Fuſar. de ſubſtitut. quæſt. 660. numero 2.

231 *Limita in caſu, quo abſurdũ reſultaret*, idem Mangil. dict. quæſt. 55. num. 23.

232 *Limita etiam vbi duo pariſicantur, correctum enim in vno eorum, in alio dicitur correctũ*, l. fin. C de indict. viduit. tollen. idem ipſe Mangil. quæſt. 214 num. 15.

233 CORRECTVM *quod non eſt, ſtare non prohibetur*, l. Præcipimus, C. de appellat. l. Sancimus, C. de teſtam. Surd. deciſ. 195. num. 6. & conſ. 163. num. 9. & conſ. 509. num. 6. Mangil. de imputationi quæſt. 130. num. 13. verſ. Et poſtremo.

234 CORRECTA *vna lege alia, quæ veniunt ad declarationem illius corriguntur ex toto* Caſtrenſ. in l. fin. num. 3. C. de edict. Diui Adrian. toll.

Expreſſum dicitur, quod fuiſſet expreſſum, vel contrahentes diſpoſuiſſent, ſi de eo interrogati forent, ex gloſ. in l. Tale pactum, D. de pact. *quam exornat* Iaſ. *ſingularem dicens,* in l. Cum res, num. 14. D. de legat. 1. Surd. dict. deciſ. 254. num. 38. & conſil. 445. num. 55. *vel legis lator,* idem Surdus. conſil. 88. num. 15. conſ. 117. num. 100. conſ. 125. num. 15. & conſ. 200. num. 18. Gonçal. ad regul. 8. Cancel. gloſ. 43. num. 69. *Vel teſtator,* Ant. Gabr. de regul. iur. conclu. 10. Pereg. de fideicommiſ. art. 11. num. 32. Mantic. de coniectur. vltim. volunt. lib. 3. titul. 19. Vincent. Fuſar. de ſubſtitut. quæſt. 237. num. 14. 115

Et quod ſub generalitate verborum continetur, l. fin. D. quod cum eo, gloſ. in l. vlt. verb. Specialiter, C. quod cum eo, ſecundum primum intellectum ibi relatum, l. Lucius, D. de vulg. & pupil. Flores 116

Diaz

Digitized by Google

Diaz variar. quęſt. 21. num. 26. Brunor. à Sole in locis cō mun. verb. Expreſſum, 4. Flā min. de reſign. lib. 6. quæſt. 2. num. 54. & lib. 8. q. 10. nu. 23. Anton. Monach. Lucenſ. decıſ. 62. num. 13. Rēdin. in promptuar. recep. ſantent. tom. 1. titul. 100. num. 15. Surd. conſil. 181. num. 42. Farinac. fragm. crimin. 1. part. liter. E. num. 153. & conſil. 30. num. 216.

117 *Limita quando requiritur aliquid expreſſé, vel ſpecialiter fieri in aliqua diſpoſitione correctoria iuris cōmunis, tunc enim ſub generalibus verbis id contineri non ſufficit*, Menoch. cōſ. 331. numer. 24. *iunctis infra proximè adductis*, numero 131.

118 *Et quando genus verificari non poteſt niſi in vna ſpecie pro expreſſo nominatim habetur, etſi pro forma requireretur expreſſio*, Ioan. Ant. Mangil. de imputat. quæſt. 91. num. 13.

119 EXPRESSVM *dicitur, quod ex conſequentia verborum neceſſario colligitur*, Ioſeph. de Seſſ. Aragon. deciſ. 123. num. 170. & deciſ. 189. numero 52.

Et quod in neceſſarium antecedens expreſſi venit, Andr. Gail. lib. 2. obſeruat. 2. numer. 2. & 4. Stephan. Gratian. diſcept. forenſ. tom. 5. capit. 855. num. 14. 120

Et quod ex expreſſo ſequitur, l. Iam hoc iure, 4. D. de vulg. & pupil. Pariſ. conſil. 66. num. 62. lib. 3. Roland. conſil. 27. numer. 34. & ſequent. lib. 4. Menoch. conſil. 14. num. 15. & de arbitrar. caſu 207. numer. 30. & ſequent. Molin. de ritu nupt. lib. 3. quæſt. 36. numer. 22. Surd. conſil. 294. num. 21. *Amplians etiamſi pro forma* 121

✝ *requiratur expreſſio, ex* Cephalo conſil. 75. num. 20. 122

Et quod continetur é vi verborum Flores Diaz, dict. quæſtion. 21. numer. 26. Flamin. dict. quæſt. 2. numer. 55. Caſtro in praxi Luſit. lib. 3. capit. 11. numer. 8. Ioſeph. de Seſſ. dict. deciſion. 65. numer. 29. & deciſion. 123. numer. 170. Ferrer in conſtit. Cathalon. gloſ. 4. nu. 52. Stephan. Gratian. diſcept. forenſ. tom. 4. c. 698. n. 9. 123

Am-

Amplians, numer. 10. *etiamſi*
124 *expreſſio pro forma † requireretur*, Vincent. Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 736. num. 5.

125 *Et propriè, & totaliter, dicitur quod per relationem exprimitur*, Ioſeph. de Seſſe Aragon. deciſ. 202. numer. 31. Anton. Monach. Lucenſ. deciſ. 33. num. 10.

126 *Et quod ſub ratione comprehenditur*, l. Quæſitum ſcio, D. de teſtib. l. Si poſtulauerit, §. Sed ſi negauerit, D. ad l. Iul. de adulter, Tiraquel. in l. Si vnquam, verb. Suſcceperit liberos, num. 37. C. de reuoc. donat, Rota Roman. apud Farina. deciſ. 10. num. 3 tom. 1. Molin. de primogen. lib. 1. cap. 5. num. 11. & 12. Gutier. practic. libr. 3. quæſt. 17. num. 83.

127 *Et quod ex eadem ratione deducitur, & id in quo eadem verſatur ratio*, Cald. Pereir. de reſolut. emphyt. capit. 1, n. 20. & 21. Surd. deciſ. 254. num. 40. & deciſ. 255. num. 23. & conſ. 116. num. 58. & conſ. 391. num. 41.

128 *Et quod virtualiter ineſt*, Ioſeph. de Seſſ. Aragon. deciſ. 65. num. 12. Ferrer in conſtit. Cathalon. gloſ 4. num. 61. Crauet. conſil. 149. nu. 11. Cephal. conſil. 152. nu. 76. Surd. conſil. 143. num. 20. Stephan. Gratian diſcep. forenſ. tom. 5. cap. 916. nu. 38. & capit. 957. num. 25. *vbi idem dicit in eo, quod ex natura actus venit.*

Et id in quo ſolum diſpoſitio verificari poteſt, l. 2. D de lib. & poſthum. Surd. conſil. 143. numer. 30. 129

Et quod reſultat à contrario ſenſu, gloſ. in l. Qui teſtamẽto la 2. §. Mulier, D. de teſtam. Menoch. conſil. 1091. numer. 9. Vincent. Fuſar. de ſubſtitution. quæſt. 680. numer. 9. 130

EXPRESSVM *vbi requiritur, non ſufficit tacitum, neque præſumptum*, capit. 1. de præbend. cap. fin. de procurat. lib. 6. Cabed. Luſit. deciſ. 12. num. 7. part. 2 Card. Tuſch. tom. 3. lit. E. concl. 654. *& alij relati per* Valaſc. de parti. capit. 14. num. 18. 131

EXPRESSI *maior eſt virtus, quam taciti, expreſſa namque nocent, non expreſſa non nocent*, 132

cent, l. Non numquam, D. de condit. & demolſt. l. Expreſſa nocent. vbi Deci. nu. 5. D. de regul. iur. l. Precibus, C. de impuber. & alijs ſubſtit. Surd. conſil. 10. nu. 24. conſ. 198. numer. 19. & conſil. 310. num. 14. Cardin. Tuſch. lit. E. conclu. 655. Scacci. de appellat. quæſt. 12 num. 87. Pichard. ad §. 1. inſtit. de vulg. ſubſtit. num. 9. Menoch. de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 39. numer. 39. Stephan. Gratian. diſcept. forenſ. tom. 4. cap. 699. num. 14. & 15. Ioan. Anton. Mangil. de imputat. quæſt. 116. numer. 59.

133 *Taciti tamen & expreſſi par ſolet eſſe virtus, notamus infra liter. T. numer. 13.*

134 EXPRESSVM *facit ceſſare tacitum*, l. Cum ex filio, §. Filio impuberi, D. de vulg. & pupil. ſubſtit. l. Maritus, C. de procurat. Surd. conſil. 157. num. 22. conſil. 198. num. 4. conſil. 456. num. 41. & conſil. 502. num. 20. Franc. Molin. de ritu. nuptiar. libr. 3. quæſt. 15. num. 49. Cardin. Tuſch. lit. E. conclu. 656. Caſan. in conſuet. Burg. rubr. 13. §. 1. num. 5. Armendar. in proœm. ad recopil. legũ Nauar. num. 13. Gonçalez ad regul. 8. Cancel. gloſ. 15. §. 2. num. 62.

Limita quando prouiſio diuerſos reſpicit caſus, quia expreſſũ circa vnum, non tollit tacitum circa aliud, Bart. in l. Si conſtante, num. 54. vbi Crot. 2. lectur. num. 106. D. ſolut. matrim. Alex. conſil. 126. nu. 6. lib. 5. Ripa conſil. 45. numer. 2. Bellon. conſil. 21. num. 3. Surd. *(qui hos refert)* dict. conſil. 198. nu. 24. *qui etiam* num. 25. *limitat, quando expreſſum, & tacitum ad ad diuerſum tendunt finem, & effectum, quia tunc expreſſum non facit ceſſare tacitum*, ex Decio conſil. 386. n. 6. Ruin. conſil. 32. num. 6. volu. 1. & Socin. conſil. 130. numer. 12. libr. 1. 135 136

137 EXPRESSIO *eius, quod tacite ineſt, nihil operatur*, l. 3. D. de legat. 1. l. 3. C. de fideiuſſor. Steph. Gratian. diſcept. forenſ. tom. 4. capit. 738. num. 4. Vincent. Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 249. nu. 8. vbi

138 *vbi limitat,* † *& declarat ex* gloſ. in l. Precibus, in verb. Fideicommiſsi, C. de impub. & alijs ſubſtit. Alexand. in l. Centurio, num. 66. & Ripa num. 61. & 76. D. de vulgar. & pupil. ſubſtit.

139 EXPRESSO *vitiato, vitiatur tacitum in eo comprehẽſum*, l. 3. §. fin. in fin. D. de ſeruitut. ruſtic. prædior. l. Cum vnus, §. Planè, D. de bonis authorit. iudic. poſſid. l. 1. §. Hæc verba, verſicul. Proinde, D. ne vis fiat ei, l. Per ſeruum, §. fin. D. de vſu. & habit. l. fin. D. de conſtit. pecun. l. Non dubium, C. de legib. *quæ iura adducit* Anton. Gomez variar. tom. 1. cap. 3. num. 29.

140 *Non tamen vitiatur tacitum æquè principale*, l. Si fideiuſſor in princip. D. de legat. 1.

141 EXTENSIO *debet intelligi, & fieri cum eiſdem qualitatibus*, l. Sed ſi manente, D. de precario.

142 EXTERIORA *indicant animi ſecreta, & per exteriora cognoſcuntur interiora*, l. Si tamen, §. 2. D. de ædilit. edict. l. Naturalem, §. In his, D. de acquir. rer. domin. l. Fulcinius §. Illud ſciendum; D. ex quib. cauſ. in poſſeſſ. eatur, §. Seruos, & §. Pauonum, in fin. inſtit. de rer. diuiſ. cap. fin. de renunc. in 6. *Inde* Iuuen. ſatyr. 9.

Deprendas animi tormẽta latentis in ægro
Corpore, deprendas & gaudia, ſumit vtrumque
Inde habitum facies.

Ouid. etiã Metamorph. lib. 9.

Eſſe quidem læſi poterant tibi pectoris index
Et color, & macies, & vultus, & humida ſæpè
Lumina.

Et Amor. lib. 1. eleg. 11.

Aſpicias oculos mando, frontemque legentis
Ex tacito vultu ſcire futura licet.

Vulgatumque illud:

Intima per mores cognoſcimus exteriores.

& iunge notata infra lit. F. numero 20.

EXTREMA *omnia ſunt vitioſa*, l. Solent, §. fin. D. de offic. Proconſul. Cardin. Tuſch. tom. 3. lit. E. conclu 685. Flamin. de confident. quæſt. 143

quæſt. 7. num. 39. *Inde* Horat. epiſtol. lib. 1. epiſtol. ad Numicium.

Inſani ſapiens nomen ferat, æquus iniqui.
Vltra quam ſatis eſt, virtutem ſi petat ipſam.

Vt tamen inquit Senec. de vita beata. In virtute non eſt verendum, nequid nimium ſit.

F

1 FACERE *non debet quis alteri, quod ſibi fieri nolit,* Matth. capit. 7. & diſtinct. 1. in princip. l. Multum intereſt, 6. in fin. C. ſi quis alter. vel ſibi, Scacc. de commerc. §. 1. quæſt. 7. part. 2. ampliat. 10. num. 41. & ampliat. 19. num. 61. & §. 2. gloſ. 5. numer. 151. *& notatur infra* lit. Q. num. 22.

2 FACERE *quilibet tenetur, quod ſibi non nocet, & alteri prodeſt,* l. Si creditor, C. de euict. l. 2. §. Item Varus, D. de aqua pluui. arcen. Surd. conſil. 208. num. 10. *Inde Senec. controuerſ. 2. lib. 1.* Nemo (*inquit*) inuidioſum ius poſtulat, quod alteri profuturum eſt, *cum notatis infra* lit. P. num. 203.

3 FACERE *per ſe videtur, qui per alium facit,* l. 1. §. Deieciſſe, D. de vi, & vi armat. l. Ita, §. Quod ſi quis, D. de adminiſtr, tutor. l. Si per alium, D. nequis eum, l. Is damnum dat, vbi Deci. & Cagnol. D. de reg. iur. l. Non ideo, C. de accuſat. cap. Qui per alium, 72. de reg. iur. lib. 6. cap. Mulieres, §. Illi vero, de ſentent. excommun. Menoch. de interd. remed. 1. recuper. poſſ. num. 407. & conſil. 1. numer. 304. Flamin de confident. quæſt. 28. numer. 83. & quæſt. 31. numer. 12. Duen. regul. 378. ampliat. 2. Corraſ. libr. 2. miſcel. capit. 22. Clar. §. vlt. quæſt, 38. numer. 6. Gomez variar. tom. 3. capit. 3. nu. 39. & in l. 45. Taur. numer. 91. Plaza. de delict. lib. 1. cap. 15. n. 17. Decian. tract. crimin. lib. 4. cap. 17. n. 2. Tho. de Thomaſet. regul. 249. Surd. cōſil. 50. n. 13. cōſ. 360. n. 22. & cōſ. 380. n. 4. Cardin. Tuſch, lit. F, concl. 7. Aloyſ.

Ricci. in praxi rer. fori Eccleſiaſt. reſolu. 564. num. 3. in 2. edit. Ioan. Mar. Nouar. quæſt. forenſ. lib. 1. quæſt. 143. num. 9. *Pariaque ſunt facere per ſe, vel per interpoſitam perſonam*, l. Hac edictali, §. Si vero plus, C. de ſecund. nupt. *Pariaque ſunt pariter, facere, vel facto auctoritatẽ præſtare, vt infra* liter. N. nu. 66.

4 *Et propriè, & vere, non per fictionem, per ſe facere dicitur, qui per alium facit, in his, quæ ſunt iuris & facti ſimul, vel facti tantum*, l. Certè, §. 1. D. de ſicar. *late proſequitur* Vincent. Carot. in ſingul. ſuis, ſingul. 402.

5 *Et qui poteſt per ſe poteſt per alium facere*, l. 1. §. Vſus autem, D. de procurator. l. Sed ſi vnius, 17. §. Idẽ Iulianus, & §. Idem ait, D. de iniur. §. 1. inſtit. per quas perſon. cap. Poteſt quis per alium, 68 de reg. iur. lib. 6. *vbi* Dyn. *& eius addit. plurimas aſſignat regulæ huic fallentias, quibus vnam ſingularem, & generalem adde, in eo nempe cui competit*
6 *ius, vel facultas non de iure † communi, ſed ex forma ſtatuti, vel aliquo ſpeciali priuilegio, vt ex pluribus tradit* Vincent. Carot. ſingul. 416. verſic. Limitatur ſingulariter. *Multas præterea alias regulæ huic limitationes aſſignat* Nicol. Moron. de treug. & pac. quæſt. 22. 23. 24. & 25.

Et qui non poteſt per ſe, nec 7
per alium poteſt, l. Neque per ſe, C. de hæred. inſtit. capit. Quod alicui, & ibi Dyn. de regul. iur. lib. 6. Thom. de Thomaſet. regul. 246. Aldouin. conſ. 110. n. 44. Menoch. conſ. 444. n. 34. *& pleniſſime ex omnibus*, de arbitr. lib. 2. cent. 5. caſu 459. per tot. Mari. Giurb. in cõſuetud. Senat. Meſſan. p. 1. c. 10. gloſ. 6. n. 28.

Limita, quia quædam poſſum 8
per alium, quæ per me facere nequeo, l. Quæſitum, D. de in ius voc. l. Aduerſus, §. Tutorem, D. de inoffic. teſtam. Roman. conſil. 401. incip. in caſu, num. 3. *proſequitur plenè* Nicol. Moron. de treug. & pac. q. 37. *ampliatque*, q. 39.

FACERE *non dicitur, qui* 9
cauſam ad finem non perduxit, l. Qui cum natu maior, §. Accuſaſſe, D. de bon. li-

bert.

bert. Mexia in tract. laxæ panis, conclu. 5. num. 61. Farin. in praxi crimin. p.4. cōſil. 75. num. 83. *iunctis ſupra traditis* lit. A. num. 107.

10 FACERE *dicitur, qui cum poſſit, non prohibet*, l. Adigere in princip. vbi gloſ. D. de iure patron. cap. Error. 3. diſt. 83. cap. Facientis, 3. 86. & cap. Negligere, 55. in ord. 2. q. 7. Scacc. de commerc. §. 1. quæſt. 7. part. 2. ampliat. 19. num. 128. & §. 2. gloſ. 3. n. 132. *Inde eleganter* Senec. traged. in Troas actu. 2.

Qui non vetat peccare cum poſſit, iubet.

11 FACIENDA *de proximo, pro factis habentur*, l. pen. D. de milit. teſtam. l. Veſtimentum, 22. D. de auro & argento legat. *& probant*, l. Qui pœnæ, 8. §. Diuus, D. de manumiſ. l. Eum pro quo, 17. D. de in ius vocand. l. fin. C. de vſur. rei iudic. cap. fin. extr. de iudic. Coſta de facti ſcient. & ignorant. inſpect. 25. per totam, *& copioſiſſime* Nos de priuileg. pauper. & miſerab. perſon. part. 1. q. 4. §. 2. á n. 121. cū multis ſeqq.

Qui non facit quod debet, nō 12
recipit, quod oportet, l. Si nō fuerit. vbi gloſ. D. de iure iur. Menoch. de recuper. poſſeſſ. remed. 1. num. 89. Surd. de aliment. tit. 8. priuileg. 53. n. 10. & conſ. 563. nu. 2.

Qui non facit quod facere te 13
netur præſumitur doloſus, Cald. Pereyr. de emptione, & vendit, capit. 19. num. 18. Farin. in praxi crimin. part. 3. quæſt. 89. numer. 92. cum ſeqq. *iunctis traditis, & allegatis* ſupra lit. D. num. 178.

FACIES *indicat qualis ſit* 14
cor, l. Obſeruandum, D. de offic. Præſid. l. 3. D. de teſtib. *cum late traditis ſupra* lit. C. num. 248.

FACTA *multa tenent, quæ* 15
á principio fieri prohibentur l. Patre furioſo, *vbi late exornat* Iaſ. D. de his qui ſunt ſui, vel alieni iur. l. Circa, D. de inoffic. teſtam l. 1. §. Biduum, D. quando appellandum ſit, capit. Ad Apoſtolicam, 46. de regul. c. 1. de matrim. contract contra inter dict. Eccleſ. cap. fin. diuor. cap. Rurſus, qui cleric. vel vouent.

Lambert. de iure patron, p. 2. lib. 10. art. 7. Surd. conſ. 174. num. 12. & conſ. 175. num. 41. & conſil. 360. nu. 14. Cardin. Tuſch. lit. F. cõclu. 12. Steph. Gratian. Marchiæ deciſ. 64. num. 11. Cæſar. Argel. de contradict. legit q. 3. num. 98. Anton. Monach. Bonon. dec. 19. nu. 22. Eſcobar. de ratiocin. cap. 6. num. 38. Ioan. Mar. Bellet. diſquiſit. clerical. par. 1. tit. de diſciplin. clerical. §. 29. num. 6. pag. 163. & tit. de cleric. teſte, §. 4. n. 7. pag. 482.

16 *Intellige, quando prohibitio fit in accidentalibus, ſecus ſi forma, & actus ſubſtantialis prohibeatur, iuxta doctrinam* gloſſæ verb. Sacramẽti, in auth. De cõvenit, C. de recep. arbit. *probat* Soto in 4. diſt. 28. quæſt. 1. art. 2.

17 *Procedit etiã quando à principio actus non eſt omnino inualidus, ita* Tho. de Thomaſet. regul. 185.

18 FACTA *potẽtiora ſunt verbis*, l. De pupillo, §. Meminiſſe, D. de noui oper nũc. c. Dilecti filij el. 2. extra de appel. *pleniſsime* Ioann. Bapt. Coſt. de fact. ſcient. & ignor. inſpect. 17. per tot. & cẽt. 1. diſtinct. 81. n. 3. *Inde* Horat. de arte poet.

Segnius irritant animos demiſſa per aurem,
Quã quæ ſunt oculis ſubiecta fidelibus.

Et Ouid. in epiſt. Paridis Helenæ.

Sed tibi & hos ſuadet rebus, non voce maritus.

Et facta cordis, ſeu intentionis ſecreta nunciãt potẽtius, quã verba, Menoch. cõſ. 1003. li. 11. & cõſ. 1013. n. 89. & ſeq. 19
Steph. Gratian. diſciſp. forẽſ. c. 249. ex n. 7. 10. 2. & dec. 49. ex n. 22. cũ ſeqq. Surd. cõſ. 12. ex n. 48. vſq; ad 55. cõſ. 28. n. 18. & ſeq. cõſ. 35. & cõſ. 52. n. 73. cõſ. 70. n. 1. 2. & 3. & cõſ. 290. n. 57. & ſeq. *latiſsime* Caſtill. cõtrouerſ. lib. 5. p. 2. c. 107. n. 3. 14. 17. 18. & 19. *Nec minus facto, quã verbo conſẽſus elicitur, & ratificatio*, l. Nõ tãtũ, D. rem ratã haberi. Card. Tuſch. lit. F. concl. 15.

Et facta qualia ſunt, talis cenſetur animus, c. Cauete, 22. q. 5. 20
Ioann. Rojas de hæretic. par. 1. numer. 188. *iunctis traditis*

ſupra

ſupra lit. E. num. 142.

21 FACTA *non præſumuntur niſi probentur*, l. In bello, §. Fact. D. de capti. & poſt limin. reuerſ. l. Si emancipati, 9. vbi Iaſ. C. de collat. l. 1. C. de probat. l. Quæcũq; §. fin. D. de publican. l. Aſſeueratio, C. de non num. pecun. cap. Cum Ioan. §. Verum extr. de fide inſtrum. c. Licet de conſt. lib. 6. Menoch. de præſum. lib. 6. q. 14. n. 1. & per tot. Caputaq. deciſ. 11. num. 1. p. 1. Thom. de Thoma. regul. 118. Maſcard. de probat. lib. 2. concl. 732. Card. Mantic. de coniectu. vltim. volun. lib 2. tit. 1. nu. 4. & tit. 12. n. 21. Gonç. ad regul. 8. Canc. gl. 43. n. 95. & glo. 62. n. 28. Card. Tuſch. lit. F. concl. 10. Aloyſ. Ricci. in praxi fori rer. Eccleſiaſt. dec. 407. n. 1. & dec. 681. n. 3. in 1. edit. & reſol. 580. n. 3. in 2. edit. Mari. Ant. var. lib. 1. reſol. 98. n. 8. Ioann. Mar. Bellet. diſquiſ. cleri. p. 1. tit. de bonis clericor. §. 15. nu. 6. pag. 539. Franciſ. Molin. de ritu nupt. lib. 1. c. 9. n. 2. Flã. de reſig. tom. 2. lib. 10. q. 8. n. 43. *vbi* n. 44. cũ ſeq. *huius axiomatis rationẽ reddit. Quemadmodũ facta præſumãtur, vide* Surd. coſ. 164. n. 24. Flamin. d. 10. 2. lib. 11. q. 14. n. 7. 8. & 20. cum ſeqq.

Limita axioma hoc in factis notorijs, aut publicis, c. 1. de poſtulat. prælat. Camill. Borrel. in ſũm. dec. tit. 2. de probat. n. 31. verſ. Declarãdũ, Ioan. Bapt. Coſta, de facti ſcientia, & ignor. inſpect. 13. n. 5. in fin. *vbi etiã limitat in vſitatis,* † 22 23
aut fieri conſuetis, ex Bald. in rubric. C. de fide inſtrum. n. 8. Iaſ. in l. Sciendũ, n. 2. D. de verb. oblig. Menoch. de præſump. lib. 2. præſump. 81. n. 4. *idem firmat* Borrel. d. loco num. 32. & n. 34. Mod. in §. Lex eſt, inſtit. de iure natur. gent. & ciuil. dubitatione 100 n. 12 verſ. In conſuetis vero.

Limita deinde quando ſpecialiter in inſtrumento enunciata ſunt facta, quia aliter probanda non ſunt. Anchar. conſ. 36. incip. Viſa quadã petitione porrecta, & conſ. 83. incip. Viſis diligenter, & Anchar. Regienſ. quæſtion. famil. libr. 2. quæſt. 16. n. 4. & 5. 24

referendo Coſtà dict. loco nu. 6. Camil. Borrel. dict. titul. 2. num. 33. Moditi. d. dubit. 100. num. 12. in fin. *Vbi pariter limitat*, verſ. Quando etiam, *quoties cauſa praecedit*,
25 † *ob quam praeſumitur factum*. *Alijs praeterea modis limitare poteris, vt per* Coſtam vbi proxime num. 8 & 9.

26 FACTA *pro infectis haberi non poſſunt*, *& impoſſibile eſt, facta eſſe infecta, contradictionemq́; implicant*, L. In bello, §. Facta, D. de captiu. & poſtlimin. reuerſ. l. Verum, D. de regul. iur. l. Verba, C. de teſta. auth. de aequalit. dot. § 1. verſic. Quae igitur, coll. 7. Tiraq. de iure conſtit. limi. 7. num. 2. in fin. & nu. ſeqq. *elegantiſsime* Surd. conſ. 93. num. 8 Ferr. in conſtit. Cathalon. gloſ. 6. nu. 121. Anton. Monach. deciſ. Bonon. 28. num. 51. & deciſ. 30. nu. 25. Franc. Molin. de ritu nupt. lib. 2. differ. 1. num. 27. Cardin. Seraphin. Rotae Roman. deciſ. 365. numer. 7. Tho. de Thomaſett. regul. 117 *plene* Alphonſ. Moditi. in §. Lex eſt, inſt. de iure natur. gent. & ciuil. dubit. 100. n. 1. & ſeqq. Ouidi. Triſti. lib. 1. eleg. 3.

Si modo qui perijt, non periiſſe poteſt, *& Senec. de Benefic. lib. 6. cap. 2.* Quae ad nos peruenerunt *(ait)* ne ſint, effici poteſt: ne fuerint, non poteſt, *& inferius*. Nulla vis efficiet, ne hic dederit; ne ille acceperit, *Cicero, 1. de Finib.* Quod ſemel iam miſſum eſt, coerceri, reprimique non poteſt.

mplia, vt nec Deus Optimus 27
Maximus factum infectum eſſe facere queat, ex text. in c. Si Paulus 11. in ordin. 32. q. 5. *& tenent* Alex. de Ales ſentent. lib. 1. diſt. 42. & in 1. part. ſuae ſummae, quaeſt. 21. memb. 5. art. 4. D. Auguſt. lib. 25. aduerſus Fauſtum, *quos cum alijs ex Noſtratibus, & Philoſophis referens, ſequitur* Modi. dict. diſput. 100. num. 2. 3. 4. & 5. *firmauitque* Horat. *de Ioue loquens* carmin. lib. 3. Ode. 29.

Non tamen irritum
Quodcunque retro eſt, efficiet, neque
Diffinget, infectumque reddet,

Digitized by Google

Quod fugiens ſemel hora vexit.

& Plini. lib 2. cap.7 natural. hiſtor. ad fin. *in hac verba*: Imperfectæ vero in homine naturæ præcipua ſolatia, nec Deum quidem poſſe omnia. Nāque nec ſibi poteſt mortem conſciſcere, ſi velit, *& poſt pauca*: Nec facere, vt qui vixit, non vixerit, qui honores geſſit, non geſſerit, nullumque habere in præterita ius, præter quam obliuionis. *Quorum meminit* Modit. vbi ſupra, *& ante eum ſcientiſsimus* Tiraq. *à quo eius ſupreſſo nomine ad literam fere dictam formauit dubitationem, eamque proſecutus eſt*, relato loco, *Addenduſque* Ouid. Metamorphoſ. lib. 3.

Voluit Deus ora loquentis
Opprimere, exierat iam vox properata ſub auras.
Ingemuit, neque enim non hæc optaſſe neque ille
Non iuraſſe poteſt.

Plinius *quoque* Iunior *in panegyr. ad Traian.* At in præteritum ſubuenire, nec Dei quidem poſſunt, *ait.*

Limita, & intellige axioma, vt factum infectum eſſe, vel pro infecto haberi non poſsit, in veritate, † quantumque ad rem, 28
& factum ipſum; ad iuris vero effectum, actuſque validitatē, cum quid factum contra legem, aut bonos mores eſt, infectum reputari à lege poteſt, & reputatur, cap. Quæ contra 64. de regul. iur. lib. 6. l. Iubemus nulli, §. 1. in fin. C. de ſacroſ. Eccleſ. l. Non dubium, C. de legib. l. Cum ea, C. de tranſact. l. 1. C. qui pro ſua iuriſd. l. Creditor in fin. C. de donat. inter vir. & vxor. auth. de non alien. reb. Eccle. §. 1. verſ. Si vero minus fuerit, vbi Accurſi. Clement. 1. de immu. Eccleſ. & ibi gl. Tiraq. d. tract. de iure conſtit. num. 44. & ſeqq. Thom. de Thomaſett. dict. regul. 117. Moditi. dict. dubit. 100. num. 7. Ioann. Baptiſt. Coſta de facti ſcient. & ignor. inſpect. 12. nu. 4. & inſpect. 23. nu. 5. & per tot. inſpect. P. Azor. inſtit. Moral. par. 1. lib. 5. capit. 16. q. 17.

Id tamē ipſum ſublimita, & intellige, prout notamus infra hac ead. lit. num. 82. 29

30 *E conuerſo etiam axioma hoc procedit. Sicut enim facta infecta eſſe nequeunt; ita infecta facta eſſe impoſſibile per rerum naturam eſt, Bene tamen à lege facta fingi proque factis reputari poſſunt*, l. Si qua mulier. C. ad S. C. Velleian. cap. Is qui fidem de ſponſal. & matrim. cap. Cum. M. Ferrarienſis, & ibi Bald. de conſtitut. Tiraq. dict. loco nu. 46. *& eius tacitus traductor*, Modit. dict. dubit. 100. numero 7. in fin.

31 FACTA *de facto, etiam ſunt reuocanda de facto, iuxta* text. not. in l. 1. §. Nunciatio, D. de noui oper. nunciat. cap. 1. vt lite pendent. Lancellot de attenta. par. 3. cap. 25. num. 46. Vanti. de nullit. in rubr. Quid ſi null. nu. 16. *quos citat* Mari. Anton. variar. reſolut. lib. 2. reſolut. 29. num. 6. Marqueſan. de commiſſ. par. 3. §. 4. numer. 49. & ſeq. de commiſſ. nullitatū ſenatoria fol. mihi 144. Vincent. Carot. ſing. 236. *vbi* gloſ. *allegat notabilem* in l. Si minor, D. de euict. *& multis relatis exemplificat*, Cardin.
Tuſch. lit. F. concl. 11. *qui n.*
2. *declarat procedere † in his,* 32
quæ non debito modo, & contra ius facta ſunt, ſecus ſi iure permittente. 33

Limita etiam & intellige, ſi euidens calumnia adſit, ſecus ſi non ſit euidens, Curti. Iuni. in l. 2. num. 4. C. de tranſact. Surd. conſ. 451. num. 52.

34 FACTI *narratio non facit ius*, capit. Ex literis, de fide inſtrum. Tiraquel. in l. Si vnquam verb. Libertis num. 37. C. de reuoc. donat.

35 FACTI *ſeries iuris diſpoſitionem inducit*, l. Quidam referunt, D. de iure codicill. Cardin. Tuſch. lit. F. concl. 13. *Et ex minima facti muta-*
tione † ius mutatur, l. Natura 36
cauillationis, & ibi Alciat. D. de verb. obligat. l. Ea eſt, D. de regul. iur. Ponte de poteſt. Proreg. tit. 1. num. 15. Mari. Giurb. in conſuetud. Senat. Meſſan. in procem, n. 8. p. 1. Ioan. Baptiſt. Coſt. de facti ſcient. & ignor. inſpect. 16. à num. 2. cum ſeqq. *vbi* numer. 4. *id ipſum firmādo ampliat, & ſi vnico in puncto varietur factum.*

Digitized by Google

37 *Ex factoq; ius oritur*, l. Si ex plagijs, 53. §. In cliuo, D. ad l. Aqui. l. fin. in princip. D. de iure iur. Menoch. conſ. 2. num. 208. Petr. Barboſ. in l. Titia, num. 25. D. ſolut. matrim. Anton. Monach. Florent. deciſ. 48. num. 7. Coſta de facti ſcient. & ignor. inſpect. 26. nu. 1. Leand. Galgan. de iure publ. lib. 2. tit. 29. num. 17.

38 FACTI *alieni promiſſio inutilis eſt*, l. Stipulatio iſta, D. de verb. oblig. §. Siquis alium, inſt. tit. de inutilib. ſtipulat. l. 21. tit. 11. part. 5. plene Ioann. Baptiſt. Coſt. de facti ſcient. & ignor. inſpect. 21. per tot. *vbi etiam ampliat, ſi talis promiſſio iuramento* ✝ *firmata ſit. Quã etiã*

39 *de re*, Surd. deciſ. 234. num. 15. & 16. Anton. Gomez de contract. cap. 10. nu. 23. Gutier. de iuram. confirmat. p. 1. cap. 44. per tot. Cardin. Tuſch. lit. F. conclu. 25.

40 *Et an hodie de Regio nouiori iure alieni facti promiſſio vtilis ſit*, ex l. 3. tit. 8. lib. 3. Ordinam. & l. 2. tit. 16. lib. 5. noue Reg. collect. *latè* Gomez dict. loco, Gregor. Lopez in dict. l. 11. par. gloſ. 1. & cæteri Regnicolæ in dict. legib. *ex quibus, & dict. l. 11. par. iuriſque communis relatis legibus limitationes plures licet colligere. & tradidimus ſupra* lit. A. num. 220. & ſeqq.

FACTO *alterius nemo debet prægrauari*, l. Si quis in ſuo, §. Legis, C. de inoffic. teſtam. cap. Non debet. de reg. iur. lib. 6. Surd. conſ. 22. num. 29. conſ. 145. num. 30. & conſ. 173. num. 84. *Nulluſq; alieno facto oneratur*, l. In cauſæ, D. de procurat. *Et factum vnius alteri nocere non debet*, l. Si vnus, §. Ante omnia, D. de pact. l. De pupillo, §. Si plurium, D. de noui oper. nunc. l. Paterfam. D. de hæred. inſtit. l. Non debet alteri, & ibi Deci. D. de regul. iur. l. Hæredes, §. In illa, D. famil. hereiſ. l. Cohæredi, C. eod. l. Debitorũ pactionibus, C. de pact. Tho. de Thomaſett. regul. 125. Menoch. cõſ. 346. n. 26. Surd. dec. 102. n. 1. Ferinac. cõſ. 40. n. 45. ad fin. lib. 1. *copioſiſſime diſcurrẽdo per facta Filiorũ, Parentũ. Mo-* 41

Monachorum, Coniugum, Colonorum, Dominorum, Coheredũ, & ſimilium, multorumque aliorum, Ioan. Baptiſta Coſta de facti ſcient. & ignor. ab inſpect. 48. cum multis ſeqq.

42 *Limita in criminibus publicis, in quibus factum vnius alteri nocet, notat* Bald. in l. 2. C. quibus res iudicat. non noce. num. 9.

Limitaque etiam ex traditis ſupra lit. A. num. 234. cum duobus ſequent.

43 FACTO *alieno alterius ius non mutatur*, l. Nam ſatis §. fin. D. quemadmod. ſeruit. amitt.

44 FACTO *ex eodem non debet quis præmium, & pœnã reportare*, l. Siue hæreditaria, D. de negot. geſt. l. Relegatorum, §. fin. D. de interdict,

45 *Nec ex eodem facto alius pœna, alius præmio afficiendus eſt, ex adductis infra* lit. I. num. 159. *Contrarium licet aduerſus ſancta iuſtitiæ præcepta, iuriumque decreta, odio, fauore, vel potentia iudicantium ſæpè vel fato contigit, & hanc ſua tempeſtate iniquitatem exprobrans* Iuuenal. ſatyr. 13. ait:

Multi
Committunt eadem diuerſo crimina fato:
Ille crucem pretium ſceleris tulit, hic diadema.

& Plin. Iunior. lib. 6. epiſt. ad Macrum. Quam multum intereſt (*inquit*) quid à quoquo fiat, eadem enim facta claritate, vel obſcuritate facientium, aut tolluntur altiſsime aut deprimuntur.

FACTORVM *diuerſitas diuerſitatem pœnarum exigit*, l. Si ſeruus 49. D. ad leg. Aquil. 46

FACTORVM *diuerſitas à temporum diuerſitate ſequitur*, l. Nunquam plura, D. de priuat. delict. cap. Nihilominus 3. quæſt. 9. *cũ alijs de quibus* Euerard. in topic. legalib. loco 87. 47

FACTVM *proprium nemo impugnare poteſt*, l. Poſt mortem, D. de adopt. l. Et per fundum, D. de ſeruit. ruſtic. prædior. l. Sicut, C. de actionib. & obligat. l. Cum à matre, & ibi notatur, C. de rei vendic. l. Generaliter, §. fin. 48

Digitized by Google

fin. C. de non num. pecun. l. Non idcirco, C. de contrah. empt. l Si creditoribus, C. de ſeruo cõmun. pignor. dato, l. Cum profitearis, C. de reuoc. donat. l. 1. C. de remiſſ. pign. cap. Veniens de de fil. præsbyt. cap. Cum ſuper de conceſ. præben. Menoch. conſil. 160. numer. 5. Surd. conſ. 284. num. 5. & 8. Cardoſ. in praxi iudic. & aduocator. verb. Factum, nu. 3. Ioſeph. de Seſſ. deciſ. 230. num. 69. Portol. de conſort. & fideicommiſſ. legal. capit. 22. num. 13. Mari. Anton. var. lib. 1. reſolut. 5. num. 2. Cæſar Argel. de contradict. legitim. quæſt. 2. num. 256. & quæſt. 4. num. 43. & quæſt. 8. num. 4. & quæſt. 10 num. 80. Cardin. Seraphin. Rot. Rom. deciſ. 334. numer. 1. Thom. de Thomaſett. regula 26. *ubi procedere aſſerit, niſi ex iuſta,* ✝ *& conceſſa cauſa ad proprij facti impugnationem deueniat.*

49

50 *Declara etiam poſſe quemlibet contra actum à ſe geſtum venire, quãdo actus eſſet ipſo iure nullus*, cap. Magnæ 22. q. 4. Caputaq. deciſ. 170. numer. 6. & ſequent. par. 3. Magon. deciſ. Florent. 69. num. 6. Surd. conſ. 28. num. 97. cõſ. 133. num. 26. conſ. 183. nu. 43. conſ. 196. numer. 5. & conſil. 284. num. 2. *per quem à num* 6. cum ſeqq. *declarationes, & intellectus huic vide limitationi*, & deciſ. 51. num. 17. Mari. Antoni. dict. reſolut. 5. nu. 23. & reſolut. 38. num. 18. Pinell. in l. 1. C. de bon. mater. 3. par. num. 73. Petr. Barboſ. in l. 1. 5. par. num. 15. & 19. D. ſolut. matrim. Valaſc. conſult. 69. num. 14. Baec. de dote, cap. 11. num. 82. & cap. 34. nu. 2. Molin. de primog. lib. 4. cap. 1. num. 18. Gutier. lib. 3. practic. quæſt. 41. num. 2. Rota Rom. Diuerſ. deciſ. 14 num. 3. part. 1. Caualc. de tutel. numer. 162. 163. & 175. Giurb, *multos referens*, in conſuetud. Senat. Meſſan. cap. 14. gloſ. 5 num. 1 1. Vincent. Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 717. num. 3. *nouiſsime* Aloyſ. Ricci, p. 7. collect. 2497. verſ. Quæ ſane regula, *plené* Coſta de facti ſcient. & ignor. inſpect.

ſpect. 9. à num. 4 cum ſeqq. *qui etiam axioma hoc declarat & intelligit uerum, ſi actus pro*
51 *prio nomine geſtus ſit, ſecus † ſi alterius, vt in Prælato, Rectore, & Adminiſtratore Eccleſiæ, Tutore, Curatore, Patre legitimo filij adminiſtratore, & generaliter in quolibet alio adminiſtratore, quē proprium factum alterius nomine geſtum his, quorum adminiſtratio geritur, nociuum, impugnare poſſe, firmat proſequiturque* à num. 2. cum ſeqq.

52 FACTVM *iudicis reputatur factum partis*, l. Si ob cauſam, vbi Bart. Bald. & alij C. de euict. Menoch. recuper. poſſeſſ. remed. 8. num. 44. Surd. deciſ. 266. nu. vlt. & conſ. 36. num. 17. & conſ. 49. num. 1. & num. 37. & conſil. 374. num. 9. Ioſeph. Ludouic. deciſ. Perus. deciſ. 65. num. 5. par. 2. Gutierr. canonic. quæſt. lib. 1. cap. 2. nu. 2. & num. 16. Cald. Pereyr. de reſolut. emphyt. cap. 5. num. 52. & cap. 6. num. 5. Cardin. Tuſch. lit. F. concl. 30. Rot. Roman. apud Farinac. deciſ. 184. num. 2. tom. 1. p. 1. Carol. de Graſ. de except. ad mater. ſtatut. exclud. omnes except. except. 17. n. 2. Stephan. Gratian. diſcep. 730. num. 34. & diſcept. 784. num. 11. Aloyſ. Ricci. part. 7. collect. 2497. verſic. Et factum iudicis.

Limita, & intellige quo ad 53
validitatem, & perfectionem, non quo ad ſcientiam, Surd. cōſ. 49. num. 34. & ſeq. *vbi exēplificat, & declarat.*

Limita etiam & intellige, 54
ſi iudex recte procedit, non aliàs, Iaſ. in l. A. Diuo Pio, §. Sed ſi emptor. num. 3. D. de re iudic. Socin. conſ. 158. nu. 16. vol. 2. Crauet. conſ. 5. num. 1. Syluan. conſ. 101. num. 7. Surd. conſ. 49. nu. 37. & conſ. 168. num. 25. & deciſ. 128. num. 15. Coſta de facti ſciēt. & ignor. inſpect. 40. num. 1. & ſeq. *vbi* n. 7. & 8. *id ſublimitat.*

Limita præterea in facto iu- 55
dicis incompetentis de cuius incompetentia manifeſte conſtat, etiam ritè procedentis, quia ab eo nec iudicatum dicitur, l. 1. in fin. D. ad Tertullian. l. Cōdemnatum, 4. D. de re iudic.

Ita

Ita limitat Burſat. conſ. 269. num. 28. volum. 3. *& cum eo* Coſta d. loco num. 5.

36 *Limita deinde in facto arbitratoris, quod factum non reputatur partis vt idem* Coſt. dict. inſpect. 40. num. 3. *aduertit, ex notatis per* Borrel. in tract. de compromiſſ. §. 3. gloſ. 4. numero 73.

57 *Licet in arbitro contrarium firmet* ibid. ex Socin. Seni. cōſ. 124. num. 4. lib. 4. & Crauet. conſ. 202. num. 36.

58 *Et multa his confinia, ac ſimilia vide per ipſum met* Coſt. *Factum nempè iudicis perpetui, † ciuitatis factum reputari*, inſpect. 41. num. 2.

59

60 FACTVM *vicarij, pro facto Epiſcopi*, ibidē num. 4.

61 FACTVM *q; tutoris, pupilli factum cenſeri*, l. Qui fundum, §. Si tutor, D. pro emptor. & l. 1, D. quando ex fact. tut. inſpect. 44. num. 1.

62 FACTVM *etiam hæredis, defuncti factum iudicatur, & é contra*, Surd. conſ. 532. num. 3. Nicola. Intrigliol. conſ. 2. n. 22. & ſeqq. p. 1. Ioa. Mar. Nouar. in praxi elect. & variar. fori, quæſt. 20. numer. 4. & 5. ſect. 2. pag. 182.

FACTVM *non reputatur, quod non habuit effectum*; l. 1. §. Nihil, D. de inoff. teſtam. l. Si quis ſub conditione, D. de teſtam. tutel. l. 2. §. Sed & ſi ſint ſui, D. de ſuis, & legitim. hæred. l. Ex conſenſu, §. 1, D. de appellat. Surd. conſ. 436. n. 14. Crauet. conſil. 10. num. 5. Stephan. Gratian. diſcept. foreſ. tom. 4. cap. 746. nu. 2. *cum citatis infra* lit. N. nu. 58. 63

FACTVM *nil videtur, cum aliquid ſupereſt agendum, notauimus* lit. A. num. 107. *& ibi adductis adde* Surd. conſ. 168. nu. 9. & conſil. 217. num. 12. Auguſtin. Barboſ. in collect. iur. canon. ad capit. 1. de ſacram. non iteran. numer. 5. Cardin. Mantic. deciſion. 186. numer. 3. Coſta de facti ſcient. & ignor. inſpect. 6. n. 12. Ioan. Mar. Nouar. q. forenſ. lib. 1. quæſt. 1. num. 9. & 10. 64

Limita in delictis atrocioribus, ex l. Si quis non dicam rapere, C. de Epiſc. & cleric. Ioa. Bapt. Coſta d. loco; n. 9. & ſeq. *Quinetiā*, n. 12. *Limitat in facto ordina-* 65

Digitized by Google

65 *ordinato † ad dationem, quod eodem iure, quo datio, cenſetur,* l. Naturales, §. Quod ſi faciam, vbi gloſ. & Bart. D. de præſcript. verb.

66 FACTVM *perſonam non egreditur facientis*, Cæſar Argel. de contradict. legitim. quæſt. 7. num. 85.

67 FACTVM *præſumitur, quod fieri conſueuit*, l. Si cui, ibi notatis, D. de annui legat. Salicet. in l. Exceptio, num. 1. & 3. C. locat. Bero. conſ. 48. num. 11. lib. 2. *Late* Euerard. in topic. legal. loco ab vſitato, num. 6. & ſeqq. Brunor. à Sol. in locis commun. verb. Factum, num. 14. Surd. deciſ. 199. num. 4. & conſ. 94. nu. 19. & conſ. 264. numero 24.

68 FACTVM *impugnare non debet, qui aduerſus alios illud defendere tenetur*, Cæſar Argel. de contradict. legitim. quæſt. 7. num. 111.

69 FACTVM *attenditur, non quod fieri potuit*, Cardin. Tuſch. practic. concl. tom. 3. lit. E. conclu. 23.

70 FACTVM *non attenditur, ſed quod fieri debuit*, cap. Peruenit. de decim. Cardin. Tuſch. liter. F. concl. 24.

FACTVM *non eſſe, vel factum eſſe, non tamen debito modo, paria ſunt*, l. 1. §. pen. D. quorum legator. *& latiùs infra* hac ead. lit. n. 84. 71

FACTVM *non inſpicitur, ſed faciendi cauſa*, l. Verū 39. D. de furt. gloſ. in cap. Vniuerſitati, verſ. Subeſſet, de ſentent. excommun. in c. Etſi Chriſtus, verſ. Ex cauſa de iure iur. & in cap. Intelligentia, in verb. Ex cauſis, de verb. ſign. *quas refert* Crauet. conſ. 202. num. 25. & conſ. 253. numer. 2. Decian. conſil. 96. numer. 27. Surd. conſ. 393. num. 39. Ioann. Baptiſt. Coſta de facti ſcient. & ignor. inſpect. 7. num. 1. & ſeqq. *vbi intelligit † de cauſa proxima, non de remota.* 72 73

FACTVM *non dicitur, quod non durat factum*, l. Si pro parte, §. Verſum, D. de in rem verſ. Angel. conſ. 34. Surd. de alimēt. tit. 7. quæſt. 20. num. 9. cum ſeqq. Gonçal. ad regul. 8. Cancel. gl. 63. num. 24. cum ſeqq. Brunor à Sole in locis commun. 74

verb.

vérb. Factum, num. 16. Farinac. conſ. 60, num. 72. lib. 1. Stephan. Gratian. diſcept. forenſ. capit. 115. num. 33. & capit. 132. num. 25. cum ſeqq. tom. 1. Vincent. Carol. de remed. contra præiudiciales ſentent. vel damnoſ. execut. except. 21. numer. 17. Ioan. Mar. Nouar. quæſt. forenſ. lib. 1. quæſt. 28. num. 4. Coſta de facti ſcient. & ignor inſpect. 11. per tot. *vbi multis ſimilibus exornat.*

75 *Intellige, quando actus habet tractum ſucceſsiuum*, Menoch. conſ. 334. numer. 19. Coſta vbi proxime num. 5. & 6. *plené* Caſtill. controuerſ. lib. 5 part. 2. cap. 89. num. 8. & ſeqq.

76 *Paria enim ſunt non facere, vel in facto non perſeuerare*, l. Quidquid calore, D. de regul. iur. *Nec facere dicitur, qui nõ durat in facto, illud vè ad finẽ non perducit*, l. Qui cum natu maior. §. Accuſaſſe, D. de bon. libert. Mexia in pragmat. taxæ panis conclu. 5. num. 61. Ioan. Mar. Nouar. quæſt. forenſ. lib. 1. quæſt. 28. num. 4.

Limita deinde præfatum theorema, quando ſtat per facientem, quo minus duret factum, cum tunc etiam non factum pro facto habeatur. Ita (ex Deciano conſ. 72. num. 26. lib. 3. & alijs) *limitat* Coſta d. inſpect. 11. num. 9. 77

FACTVM *legitime cenſetur, quod communiter fieri ſolet, notauimus* lit. A. num. 346. cum tribus ſeqq. 78

FACTVM *alicuius ipſum iudicat*, l. Cum probatio, D. de probat. 79

FACTVM, *quod non releuat, fieri non debet*, l. Ad probationem, C. de probat. l. Aliquando, 13. §. fin. l. Debitrix, 24. §. vlt. D. ad S. C. Vellei. l. Apud Iulianum, 11. §. fin. l. Ille à quo, 13. in princip. D. ad S. C. Trebel. l. Hæc ſtipulatio, 14. §. Diuus, D. vt legat. ſeu fidei cõmiſs. nom. caue. capit. Per tuas, 32. extr. de ſimon. Surdus deciſ. 260. num. 5. cum ſeqq. Coſta de facti ſcient. & ignor. inſpect. 31. per tot. *nouiſsime* Aloyſ. Ricci par. 7. collect. 2497. verſ. Et factũ quod non releuat, *late* Nos- 80

de

de priuileg. pauper. & miſer. perſon. quæſt. 17. num. 47. & ſeqq.

81 FACTVM *contra ius, pro nõ facto habetur*, capit. Quæ contra ius, 64. de regul. iur. lib. 6. l. Iubemus, §. Prædia, C. de ſacroſanct. Eccle. *cũ congeſtis ſupra* hac ead. liter. numer. 28.

82 *Limita, & intellige verum quantum ad actus firmitatem, & robur, vtque facienti proſit, ſecus vt ei noceat, ad illiuſque punitionem, pœnamq́; incurrendam, vt tradit* (*ex* Bald. in l. Non dubium, C. de legib.) Tiraq. in tract. de iure conſtituti, limit. 7. num. 49. *Et* (*eius ſuppreſſo nomine ad literam fere, relata 7. limitatione dicta transfererens*) Alphonſ. Modit. in §. Lex eſt, inſtit. de iur. natur. gent. & ciuil. dub. 100. numer. 10. Molin. de primog. lib. 2. cap. 16. num. 20. Coſta de facti ſcient. & ignor. inſpect. 12. num. 5. Cardin. Tuſchus lit. F. concluſ. 16. num. 3.

83 FACTVM *forma iuris, & ſtatuti non ſeruata, eſt nullum, diximus ſupra* lit. A. nu. 129. & ſeqq. *& notamus infra* hac ead. lit. num. 160. *quibus adde* Brunor à Sole in locis commun. verb. Factum, nu. 12. *& nouiſſime* (*poſt* Surd. Valaſc. Seſſ. Macerat. & Monach. *à ſe relatos*) Aloyſ. Ricci. part. 7. collect. 2497. verſic. Sed factum forma iuris.

FACTVM *quid non eſſe, vel inutiliter factum paria ſunt*, l. Quoties, D. qui ſatiſd. cog. Surd. conſ. 359. num. 1. *Et factum inutile, inualidum, inefficax, minuſque ſolemne non facto æquiparari, late tradit* Ioan. Baptiſt. Coſta de facti ſcient. & ignor. inſpect. 23. per tot. *Factumq́; non dicitur, quod ſolemniter non eſt factum*, l. Vnic. C. de rei vxor. act. Vincent. de Franc. decis. 114. num. 2. Menoch. conſ. 351. num. 36. Decian. conſ. 21. num. 51. vol. 2. Ioan. Mar. Nouar. quæſt. forenſ. lib. 1. quæſt. 126. nu. 12. *hiſq́; iũge notata* lit. N. numer. 57. 60. & 61. 84

FACTVM *à maiori parte, ab omnibus factum videtur*, l. Quod maior, D. ad municip. l. 3. D. quod cuiuſque vniuerſit. 85

Digitized by Google

uerſit. nomin l. Nominatio num, C. de Decurion. libr. 10. capit. Cum omnes, 6. extra de conſtit. l. Aliud, § Refertur, D. de regul. iur. Duen. regul. 296. Franc. Marc. deciſion. 95. num. 13. & 22. deciſ. 780. num. 4. lib. 1. Roland. à Vall. conſil. 90. num. 1. lib. 1. Vincent. de Franc. deciſ. 2. numer. 1. Camil. Borrel. conſil. 9. num. 1. & 8. Ioann. Baptiſt. Coſt. de facti ſcient. & ignor. inſpect. 30. numer. 5. Ioann. Mar. Nouar. quæſt. forenſ. lib. 1. quæſt 38. num. 4. Rendin. in promptuar. recept. ſentent. tom. 1. titul. 36. numer. 4. in fin.

86 *Amplia, etiamſi conſenſus omnium requiratur, generaliter ſaltem* Stephan. Gratian. March. deciſ. 183. numer. 5. & 7. cum quatuor ſeqq. *vbi* num. 12. *idem firmat, etſi concorditer* ✝ *aliquid fieri requiratur, licet contradicat* nu. 13.

87

88 *Limita ſi conſenſus maioris partis iuri repugnet, priuilegio, vel exemptioni, ſi adeſſet iuſta cauſa contradicendi, aut dignior, ſanior, prudentior vt minor pars ſit* Anton. Theſaur. Pedemont. deciſ. 1. num. 7. & 8 Auguſt. Barboſ. in collect. ad dict. cap. Cum omnes, numer. 5. Coſta dict. inſpect. 30. num. 15. & ſeqq. Pute deciſ. 157. lib. 3.

Limita etiam in pertinentibus ad ſingulos, vt ſingulos, ſecus vt vniuerſos, l. Per fundũ, D. de ſeruit. ruſtic. prædior. Franch. d. deciſ. 2. numer. 4. & ſeqq. Capic. deciſ. 152. numer. 2. & 3. Gomez variar. tom. 2. capit. 3. num. 14. Barboſ. ad d. cap. Cum omnes, num. 6. *vbi limitat, & intelligit*, Steph. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 169. num. 2. & 3. & deciſion. 183. num 2. & 3. Rendin. dict. tom. tit. 124. num. 5. 89

Limita 3. in actibus voluntarijs in quibus vno contradicente, nil fit; ſecus in neceſſarijs, aut vtilibus, gloſ. in dict. capit. Cum omnes, Franc. dict. deciſ. 2 numer. 24. Coſta dict. inſpect. 30. numero 6. & ſequentib. Capic. deciſion. 4. numero 5. verſic. Tertia difficultas, Stephan. Gratian. deciſion. 183. num. 20. 22. 90

Q 23.

Digitized by Google

23. & 26. cum ſequent. *vbi limitat* num. 21.

91 *Limita* 4. *maiore creditorũ parte, debitum, vel partem remittentium*, Ioan. Mar. Nouar. in collect. ad prag. 1. n. 38. de ceſ. bono. *Licet contrarium in debito ſaltem non iurato cum* Carol. de Graſ. excep. 32. num. 18. *teneat* Coſta dict. loco, num. 14. *teneniquе alij, cum quibus* Nos de priuileg. pauper. & miſerab. perſon. quæſt. 44. num. 111. part. 1. *Eſtque expreſſa legis Reg. determinatio, in* l. 6. titul. 15. part. 5.

92 *Limita denique in donatiuo facto per Regnum*, Arel. de iure adhor, num. 38.

93 FACTVM *non dicitur, quod reuocari poteſt*, l. Item, §. Quod ſi actor, D. quod cuiuſque vniuerſ. nom. l. 1. in fin. D. quod quiſque iur. l. Si pro patre, §. Verſum, D. de in rem verſ. cap. Relatum, de cleric. non reſid. Socin. conſil. 91. numer. 2. Decian. conſil. 1. numer. 297. lib. 1. Stephan. Gratian. diſcept. forenſ. tom. 5. capit. 864. numero 14.

FACTVM *legitimè retractari non debet, licet caſus poſtea eueniat, à quo inchoari non poſſet*, capit. Factum legitimé, de regul. iur. in 6. l. In ambiguis, §. Non eſt nouum, D. eod. l. Non enim, D. de itiner. actuque priuat. Ioan. Baptiſta Coſta de fact. ſcient. & ignor. inſpection. 46. Surd. conſil. 125. num. 11. 94

Limita, & intellige in actu non omnino perfecto, & conſummato, l. Pluribus, §. Etſi placet, l. Inter ſtipulãtẽ, §. Sacram. D. de verb. oblig. Deci. in d. l. In ambiguis, §. 1. num. 1. & Cagnol. num. 2. Vincent. Carot. deciſ. 58. num. 13. *vbi addit: Perfectum non dici, niſi data vltima, & finali perfectione*, Coſta dict. loco, numer. 9. Surd. dict. conſ. 125. num. 55. *qui etiam* num. 56. *limitat*,
† *quando cauſa ob quam factum eſt, ad non cauſam deuenit*, ex l. Si fullo, D. de condit. ſine cauſa, l. In commodato, §. fin. D. commod. l. Si ſine, D. rem rat. haber. 95

FALCEM *in meſſem alienã mittere nemo debet*, Deuteron. capit. 23. in fin. Car- 96

dín.

din. Tuſch. practic. conclu. lit. F. concluſ. 35. Nos de priuileg. pauper. & miſerab. perſon. part. 1. quæſtion. 5 numero 8.

97 FALSITAS *nemini nociua non punitur*, gloſ. in l. Damus, verb. Priuatas. C. ad leg. Cornel. de falſ. & ibi Bartol. num. 1. & Salyc. num. 2. verſ. Oppone quod exemplum, Roland. conſil. 38. n. 22. lib. 1. Iulius Clarus *ex communi*, in §. Falſum, num. 36. verſic. Item excuſatur, & n. 44. & ibi Baiard. num. 7. & num. 255. Maſcard. de probat. lib. 2. concl. 739. num. 12. & 15. verſ. Illud vero, Peguer. deciſ. 19. num. 5. in fin. & deciſ. 80. num. 15. Ioſeph. Ludouic deciſ. Lucenſ. 13. num. 5. Anton. Fauer. in ſuo codic. lib. 9. tit. 13. defini. 7. num. 1. *per quos hac in re intellectus, & limitationes videre licet, an videlicet extraordinaria ſaltem pœna falſitas nemini nociua puniatur? caue, quæ nocere potuit? facta in ſcriptura nulla? aut valida? quæve in minimo nocuit & præter eos latiſsime (vt ſolet)* Farinac. de falſitate, quæſt. num. 3. & á num. 291. cum ſequent. & Epiſcop. Campanil. in diuerſor. iur. Canon. rubric. 11. cap. 28. num. 3. & 4.

FALSVM *non committitur ſine dolo probatur in* l. Nec exemplũ, C. ad leg. Cornel. de falſ. & ibi notat gloſ. verb. Pretium, in fin. verſ. Item nota hanc legem, & in l. Qui teſtamentũ, verb. Dolo malo, (*à contrario ſenſu*) D. eodem, Afflict. deciſ. 404. nu. 8. Maſcard. de probat. lib. 2. concl. 739. num. 12. Ignat. Lopez in addit. ad Diaz in pract. crimin. Canon. cap. 93. lit. A. verſ. Tertio ab hac ordinaria pœna, Honded. conſil. 109. num. 16. lib. 1. Bertazol. conſil. 8. n. 15. & num. 17. & conſil. 171. n. 1. *infinitos adducens* Farin. de falſit. q. 50. num. 2. *& latius* á num. 273. cum ſequent. *plures regulæ huic ampliationes aſsignãs*, Epiſcop. Campanil. in diuerſor. iuris. Canoni. rubri. 11. cap. 28. num. 3. 4. & 5. *Vbi non quemlibet* ✝ *ſufficere dolũ, niſi à lege expreſſum, neque præſumptum, ſed verum requiri,* 98 99

Digitized by Google

106 **FAMAM** *ſuam negligens, crudelis eſt, grauiterque peccat*, cap. Nolo, 12. quæſt. 1. cap. Non ſunt audiendi, 11. quæſt. 3. Abb. in cap. Magnã, num. 13. de voto, & vot. redempt. Couar. lib. 1. variar. cap. 2. num. 8. in princ. ver. Quibus ſuffragatur, Domin. Arumæus deciſ. 13. num. 66. libr. 2. Thom. Triuis. deciſ. 10. num. 15. lib. 2. *Vnde* Senec. de formul. honeſtæ vitæ, cap. De continentia (*ait*) Bonæ famæ eſto, neque tuæ ſeminator, neque alienæ inuidus.

107 **FAMA**, *fides, & oculus, ludum non ferunt*, Ioan. Baptiſt. Coſta de facti ſcient. & ignor. centur. 1. diſtin. 6. numero 6.

108 **FAMILIARITAS** *nimia parit contemptum*. l. Obſeruandum, D. de offic. Præſid. cap. Quando, 86. diſt. capit. Nullam, 18. quæſt. 2. *Vnde* Senec. de formula honeſtæ vitæ, cap. De continentia, *in hæc verba conſulit:* Cunctis eſto benignus, nemini blandus, paucis familiaris, omnibus æquus. *Et Sapiens, Prouerbior. cap* 25. Subtrahe pedem de domo proximi tui, nequãdo ſatiatus oderit te.

109 **FAMVLATVS** *ſeruituti comparatur, notauimus* lit. A. num. 569.

110 **FAVENDVM** *magis eſt ei qui agit de damno vitando, quam de lucro*, l. Non debet actori, §. In re obſcura, & l. In eo, 33. D. de reg. iur. l. Et ſi quis, 14. §. 1. D. de relig. & ſumpt. fun. Menoch. de præſumpt. lib. 2. præſ. 72. nu. 7. *iunctis traditis infra* lit. P. num. 175. verſ. Aut fauorabiliorem.

111 **FAVORE** *quod conceditur non retorquetur in odium*, l. Nulla iuris ratio, 24. D. de legib. l. Quod fauore, C. eod. tit. cap. Quod ob gratiam, 61. de regul. iur. lib. 6. Surd. deciſ. 195. num. 5. & conſil. 156. num. 23. Giurb. in cõſuet. Senat. Meſſan. cap. 14. gloſ. 2. n. 4. Cardin. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 2. tit. 12. n. 27. Monet. in tract. de option. c. 3. nu. 142. Scacc. de cõmerc. §. 2. gl. 5. n. 308. Steph. Gratian. diſcep. foreſ. c. 651. n. 21. & c. 665. n.

20. tom. 4. & cap. 656. num. 17. tom. 5. Ioan. Mar. Nouar. in praxi electión. & variat. fori. quæſt. 43. num. 18. ſect. 1. pagin. 93. Thom. de Thomaſet. regul. 243. *Vbi intelligit procedere, limitatque*
112 *in eo, † qui in legem ipſam peccauerit, &* regul. 258. *intelli-*
113 *git, † niſi ſua culpa in odium retorqueatur.*

114 *Et é contra in odium inducta, in fauorem redundare non debent,* l. Relegatorum, in fin. D. de interdict. & relegat.

115 FAVORES *ſunt ampliandi,* cap. Odia. 15. de regul. iur. lib. 6. cap. Renouantes, 22. diſt. capit. Ne aliquid, de priuileg. in 6. l. Cum quidē, D. de liber. & poſthum. Tho. de Thomaſet. regul. 209. Ioan. Mar. Nouar. in praxi elect. & variat. fori. quæſt. 5. num. 5. & 6. ſect. 2. pag. mihi 142. & quæſt. forenſ. libr. 1. quęſt. 23. num. 15.

116 FAVOR *publicus præfertur priuato, ex* l. vnic. C. de offic. comit. ſacrar largit. l. Præſcriptio, 6. C. de oper. public. *multa iura adducens* Ioan. Mar. Nour. quæſt. forenſ. lib. 1. quæſt. 34. á num. 3. cum ſequent. *iunctis traditis infra,* verb. Vtilitas publica.

Fallit tamen, quandoque vt per DD. in l. 1. D. ſolut. matrim. 117

Et aduerſus publicum fauorē, poterit priuatus ius ſuum conſeruare, Barboſ. in dict. l. 1. nu. 21. par. 7. Gait. de credit. p. 4. quæſt. 11. num. 1957. & ſequent.

FAVORI *ſuo quilibet renūtiare poteſt,* l. Cum pater, §. Libertis, D. de legat. 2. l. Si iudex circunuento, D. de minor. l. Poteſt, D. ad leg. Falcid. l. Si quis in conſcribēdo, C. de pact. l. pen. C. de Epiſc. & cleric. l. Quoties, C. de fideicommiſ. l. 2. C. vt in poſſeſſ. legat. cap. Ad Apoſtolícam, extr, de regular. c. Si de terra, in fin. de priuileg. Anton. Gomez variar. tom. 2. cap. 13. num. 17. Menoch. conſil. 89. nu. 97. Surd. conſ. 198. num. 2. & conſil. 318. nu. 3. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 12. tit. 18. num. 20. Ioan. Petr. Moner. tract. de option. cap. 3. nu. 107. 118

Digitized by Google

107. & cap. 6. num. 4. Ferrer. in conſti. Cathalon. gloſ. 4. num. 86. Rot. Roman. apud Farin. deciſ 265. num. 3. tom. 1. par. 1. Mar. Ant. var. lib. 2. reſolu. fin. caſu 13. *cum alijs adductis* lit. L. numero 170.

119 *Limita, & intellige, quando principaliter, non ſecundario in renunciantis fauorem conceſſus eſt, ex* cap. Si diligenti, de foro compet. cap. Contingit. 36. de ſentent. excommunic. Ioan. Mar. Nouar. quæſt. forenſ. lib. 1. quæſt. 76. per tot. *vbi quod nec iuramentum in tali caſu renunciationẽ validam efficit.*

120 *Vel etiam ſi non ſolum renũtiantis, ſed etiam alterius ſimul fauorem concernat*, cap. Cum tempore, ibi Panormit. nu. 2. de arbitr. Ioan. Aloyſ. Ricci. in deciſ. Cur. Archie. Neapol. deciſ 163. numer. 6. & ſeq.

121 *Limita etiam in minore, qui fauori pro ſe etiam principaliter introducto renuntiare non poteſt* Surd. conſil. 283. num. 11. *per quem vide quid in caſu, quo iuramentum à minore appoſitum ſit?* per tot. conſ.

FICTIO *naturam imitatur* Franciſc. Molin. de ritu nupt. lib. 1. compar. 26. nu. 22. Pichard. ad princip. inſtit. quib. mod teſtam. infirm. nu. 5. Scacci. de cõmerc. §. 6. gloſ. 1. ſub num. 30. 122

Magiſque incredulæ ſunt hominum aures, quam oculi, vt dicitur apud, Herodot. 1. & Lucianum *libello de ſaltatione*, Aures hominibus perſuadent minus, quam oculi *Viſus enim (vt Ariſt. inquit) per ſe eſt, auditus per accidens. Inde diſpoſitio clara dicitur, quæ oculis cernitur, & non mente*, Ant. Monac. deciſ. Flor. 46. num. 86. *Ocularisque inſpectio, excellentiſsima probatio eſt*, Afflict. dec 23. n. 6. Nat. conſ. 235. n. 13. *late* Maſcar. de probat volum 1. q. 8. n. 1. & q. 17. num. 58. Ioſeph. de Seſſ. Aragon. deciſ. 112. num. 12. *Et vt* Plautus Truculento, *ait*, Pluris eſt oculatus teſtis vnus, quam auriti decẽ. *Qua de re copioſiſsime* Far. praxi crimin. quæſt. 69.

ODIA *ſunt reſtringenda, & fauores ampliandi*, l. Cũ quidam, C. de liber. & poſthum. cap. Renouantes 22. diſtin. cap. Odia 15. de regul iur. libr. 6. cap. Ne aliqui, de priuileg. eod. lib. Ioſeph. Aldret. de Religioſ. diſciplin. tuend. lib. 2. c. 14. n. 6. Ioan. Petr. Monet. de diſtrib. quotid. p. 1. q. 10. tit. 1. Ioſeph. de Seſſ. Arag. dec. 18. num. 102. & deciſ. 45. numer. 27. Sur. conſil. 365. nu. 25. Ioan. Ant. Mãgil. de imputat. q. 6. nu- 12

Digitized by Google

num. 6. & quæſt. 52. num. 19. Thom. de Thomaſet. in flo ribus legum regul. 109. *vbi procedere dicit, quando aliquid eſt omnino odioſum,*

23 *Eccleſiæ tamen fauore, non reſtringuntur, ſed ampliantur, vt per* Marc. Anton. Genuenſ. in practicab. Eccleſiaſtic. q. 541.

24 *Limita etiam publicæ vtilitatis fauore,* l. Quemadmodũ, C. de agricol. & cenſit. libr. 12. l. 1. §. final. C. de caduc. tollend. Deci. conſil. 60 numer. 6. & conſil. 661. numer. 3. *vbi etiam in pœnalibus ampliat,* Ioann. Mar. Nouar. quæſtion. forenſ. libr. 1. quæſtion. 156. numer. 6. Ioann. Aloyſ. Ricci. deciſion. Cur. Archiep. Neap. 75. numero 5.

25 OFFICIVM *ſuum nemini debet eſſe damnoſum,* l. ſed & ſi quis, D. quemadmodum teſt. aperi. l. inter officium, D. de rei vend. l. Poſt legatum, §. Aduocatum, D. de his quib. vt indign. l. Videlicet, D. ex quibus cauſ. maior, l. ſi ſeruus §. Quod vero D. de furtis, l. Cum quidam, C. de adminiſtrat. tutel. cap Peruenit, de fideiuſſor. cap. Cum non deceat, 30. de elect. lib. 6. *facit* cap. Cum dilecto, vbi gloſ. de renunt. Surd. cõſ 19. num. 12. Cardin. Tuſch. tom. 5. lit. O. concluſ. 94. Eſcobar, de ratiocin. comput. 17. nu. 5. & cap. 7 nu. 57. Thom. de Thomaſ. regul 211. Ioan. Petr. Monet. de diſtribut. quotid. part. 2. quæſtion 21. numer. 8.

OFFICIA *duo quis gerere obtinereque prohibetur,* l. ſi plures vbi gloſ. D. de pact, *cum notatis* lit. V. nu. 158. 16

OMNE *qui dicit, nihil excludit,* l. Iulianus, in princip. D. de legat. 3. l. Hoc articulo, D. de hæred. inſtit. l. Pediculis, §. Labeo, D. de aur. & arg. legat. l fin. D. de pen. legat l. ſi quis, D. de pecul. legat. l. ſi cui ſeruo, D. de legat. 1. l. Pœnales, § fin D. ad l. Falcid. l. A procuratore, C. mand. cap. Solitæ, de maiorit. & obed. Tiraq. in l. Si vnquam verb. Totã, nu. 1. C. de reuocat. don. Bur. de Paz conſ. 25. numer. 28. Menoch. conſ. 156. numer. 23. 17

Digitized by Google

Surd. deciſ. 265. numer. 39. & conſ. 424. num. 17. conſ. 460. numer. 39. & conſ. 507. num. 2. Flamin. de reſig. tom. 2. lib. 11. quæſt. 3. num. 16 Gonçal. ad regul. 8. Cancel. gloſ. 6. numer. 31. Cal. Percy. de emptione cap. 9. nu. 5. Eſcobar de ratiocin. capit. 7. num. 47. & cap. 18. num. 3. Bertazol. in tract. clauſ. inſtrum. clauſ. 4. gloſ. 3. numer. 1. & clauſ. 21. gloſ. 3. num. 1. & in recept. l. ſi quis maior C. de tranſact. numer. 205. & num. 707. Barth. Per. ad extrauag. Ambitioſæ, de reb. Eccleſ. non alien. num. 27. pag. 92. Thom. de Thomaſet. regula 252. Pichard. ad princip. inſtitut. de adempt. legator. num. 30. Mari. Anton. variarum lib. 1. reſolut. 70. numer. 18. Ioan. Petr. Anchar. quæſt. 15. numero 1. lib. 3. Ouid. de Amic. de iure emphyt. quæſt. 79. n. 2. *Et includit ea, quæ aliàs non veniunt*, Surd. conſ. 453. numero 44.

18 ONERA *plura quis eodem tempore ſubire non debet*, l. ſi cum dotem §. ſi pater, D. ſolut. matrimon. Cardinal. Tuſch. tom. 5. liter. O. concluſ. 137.

Nec onere duplici grauari quis debet, l. Nauis onuſta, §. Cum autem, D. ad leg. Rhod. de iact. l. Sticho, in fin. D. de vſufrut. legat. l. Titia cũ teſtamento 35. §. Qui in vita D. de legat. 2. l. Vnum ex familia, §. ſi rem, D. eod. tit. gloſ. in l. 1. C. de mulier. & in quo loco, & Aym. Crauet. conſ. 111. num. 8. & concl. 201. numer. 23. Franchis deciſ. 87. num. 5. Menochi. cōſ. 9. num. 4. conſil. 14. num. 1. conſ. 21. num. 13. conſ. 32. num. 40. cum ſeq & conſ. 75. num. 9. Surd. deciſ. 115. n. 14. cum ſeq. Pereg. de fideicom. art. 1. numer. 33. & ar. 34. num. 72. Molin. de primogen. libr. 1. cap. 4. num. 10. Cardin. Tuſch. tom. 5. liter. O. conclu. 136. Rota Rom. apud Far. deciſ. 671. numer. 3. in fin. tom. 2. par. 1. Mari. Anton. variar. libr. 1. reſolution. 97. num. 4. & reſol. 111. num. 40. Steph. Gratian. diſcept. forenſ. tom. 5. capit. 892. numer. 15. & 19

cap.

Digitized by Google

cap. 947.

20 *Limita niſi duplex commodum percipiat*, l. Tutorem, D. de his quib. vt indign. Stephan. Gratian. d. tom. 5. cap. 894. num. 25.

21 ONVS *qui ſentit, debet ſentire etiam commodum*, l. Secundum naturam, D. de regul. iur. l. 1. D. de inſtitut. act. Cardinalis Tuſch. tom. 5. lit. O. conclu. 144. Tho. de Thomaſet. regul. 15. Ioann. Mar. Beller. diſquiſit. cleric. part. 1. tit. de fauore cleric. Canon. §. 2. numer. 28. pag. 184. Surd. conſ. 289. num. 1. *iunctis traditis ſupra* lit. C. numer. 80. cum tribus ſeqq. & num. 87. cum duobus ſeq. *Inde vulgatum illud*,

Commoda qui ſentit, iungat onus emolumentis.

22 ONVS *adiectum rei, facit vt res tranſeat cum illo, vide infra* lit. R. num. 76.

23 ONVS *extrinſecum non minuitur, etiam diminuto emolumento*, l. Liberto, §. 1. D de annu. legat. Cardin. Tuſch. tom. 5. lit. O. concl. 143.

24 OPERARIVS *dignus eſt mercede ſua*, capit. Quicunque 12. in c. 8. q. 1. & in notatis *ſupra* lit. L. num. 1. 2. & 3.

OPINIONES *tot ſunt, quot capita, notauimus ſupra*, lit. C. num. 2. 25

OPINIO *veritati cedit, vide infra* lit. V. numero 104. 26

OPPOSITA *iuxta ſe poſita magis elucescunt*, l. Vnic. §. Et cũ triplici, in prin. C. de caduc. toll. Ariſtot. 2. de Cælo *late* Bal. in l. 1. C. quando lic. ab emp. diſced. 27

OPPOSITVM *idem operatur in oppoſito, quod propoſitum in propoſito*, l. fin. §. fin. D. de legat. 3. l. Qui quartam, D. de legat. 1. l. Si ex toto, in princip. D. eod. l. Iulianus, §. ſi venditor, & §. Si procurator, D. de actionibus empt. l. ſi vt proponis, 2. C. de nupt. Petr. And. Gammar. in dialect. legal. li. 2. loco de propoſito ad oppoſitum, Deci. conſil. 381. nu. 5. Mar. Anton. variar. lib. 2. reſolut. 52. num. 12. Surd. conſil. 45. num. 23. conſ. 80. numer. 35. conſil. 86. num. 40. conſ. 94. num. 51. conſil. 28

Digitized by Google

ſil. 151. num. 31. conſil. 298 num. 47. & conſ. 311. num. 13. Stephan. Gratian. diſcep. prat. forenſ. tom. 4. cap. 757. num. 6. Vincent. Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 257. num. 65. *Et contra notamus infra* lit. R. numer. 221.

29 *Limita quando eſt diuerſa ratio*, l. Inter ſtipulantem, §. Sacram, D. de verbor. oblig. Surd. conſil. 215. n. 13.

30 ORDO *verborum deſignat ordinem intellectus*, Surd. de alimen. tit. 5. quæſt. 4. n. 17. *qui pro hac regula citat* tex. in l. Cum ita, §. Fideicommiſſo, D. de leg. 2. l. Quoties, in princip. D. de vſufruct. l. Qui ſoluendo, la 2. D. de hæred. inſtit. Melchior Phœb. deciſ. 38. nu. 10. Aloyſ. Ricci. deciſ. Curiæ Archiepiſc. Neapol. deciſ. 275. num. 4. p. 2. Ioan. Mar. Nouar. quæſtion. forenſ. libr. 1. quæſt. 133. num. 3.

31 ORDO *ſcripturæ ad ordinem intellectus reducitur*, l. 2. §. Prius, D. de vulg. & pupil. ſubſtit. l. Talem, D. de hæred. inſtit. Nouar. vbi proximè.

32 ORDO *denominationis ordinem dilectionis, & charitatis deſignat*, l. Qui ſoluendo, la 2. D. de hæred. inſtit. l. Quoties, D. de vſufruct. Eſcob. de ratiocin. tract. de cõputation. cap. 10. nu. 2. Ioan. Mar. Nouar. quæſt. forenſ. li. 1. quæſt. 133. nu. 3. *cum traditis ſupra* liter. D. numero 103.

33 *Ex ordine namque honoris, ordo colligitur affectionis*, l. Publius, in fin. D. de condit. & demonſtr. Ioann. Mar. Nouar. vbi proximè, num. 4.

34 ORDO *ſcripturæ ſemper in diſpoſitionibus attenditur*, l. Generaliter, §. Si quid, D. de fideicommiſ. libert. l. Quoties, D. de vſufruct. cap. pen. de reſcript. lib. 6. capit. Mãdato, de præbend. eod. lib. Girond. de priuilegior. ſeu exemption. explicat. num. 177. Cardin. Tuſch. tom. 5. liter. O. conclu. 196. Pichard. ad §. Ante hæredis, 33. num. 5. inſtit. de legat. Ioan. Mar. Nouar. quæſt. forenſ. libr. 1. q. 133. num. 4.

35 ORDO, *ſeu ſeries ſcripturæ ordinem voluntatis demon-*

Digitized by Google

monſtrat. Bald per text. in l. Quoties, D. de vſufruct. l. Hæredes mei, §. fin. D. ad S. C. Trebell. l. Generaliter, §. Quod ſi legatum, vbi gloſ. D. de fideicommiſſ. libert. capit. Mandato, de præbend. lib. 6. Anton. Monach. Lucenſ. deciſ. 13. num. 51. Ioan. Mar. Nouar. quæſt. forenſ. li. 1. quæſt. 133. num. 5.

36 *Niſi aliter de certa intentione ſcribentis conſtaret*, per tex. expreſſum, in cap. Authoritate Martini, de conceſ. præbend. lib. 6. Nouar. vbi proxime.

37 ORDO *quæ ſcripturæ affectionem, & ordinem mentis denotat.* Anton. Monach. Lucenſ. deciſ. 64. num. 38. vbi num. 39. *dicit, vltimos vo-*
38 *catos* † *in ſubſidium priorum nominatos cenſeri. Vtrumque referens firmat* Nouar. quæſt. forenſ. dict. lib. 1. quæſt. 133. num. 5. & 6.

39 *Ex ordineque ſcripturæ intentio dignoſcitur diſponentis*, l. Quoties, D. de vſufruct. cap. Mandato, in fin. de præbend. in 6. cap. per. in princip. de elect. eod. lib. Ant. Monach. Florent. deciſ. 1. num. 63. Ioan. Mar. Nouar. dict. quæſt. 133. num. 6.

ORDO *intellectus potius,* 40
quam ſcripturæ attenditur l. Cum pater, §. Fidei tuæ, D. de legat. 2. l. Nec enim, D. de ſolut. Beroi. conſil. 84. num. 36. lib. 2. Vincent. Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 683. num. 7.

ORIGO *rei ſemper attendi-* 41
tur, l. Nam origo, D. quod vi aut clam. l. Filius familias, verſic. Origo enim, D. ad Macedon. l. Clam. poſsidere, in princ. D. de acquir. poſſeſſ. l. 2. §. Paruique refert. D. de priuileg. credit. l. Id quod, 34. D. de donat. l. Quod ſi maritus, D. de conſtit. pecun. l. Si hæres, D. de action. empt. l. 3. C. ad Macedon. l. Sequitur, §. Si ex aliena. D. de vſucap. l. Et qui originè, 3. D. de muner. & honor. l. Incola, 29. D. ad municip. l. Senatores, 11. D. de ſenator. cap. Cum nullus, de tempor. ordinat. lib. 6. Stephan. Gratian. diſcept. forenſ. tom. 4. c. 749. n. 16. pleniſſimè Caſtillo cōtrouerſ. lib. 5. p. 2. c. 155.

Digitized by Google

195. ipentor. *ſecundum quem ampliat, & limitat.*

P

1 PACTA *ſunt ſeruanda*, l. 1. §. Si conueniat, D. depoſit. l. 1. D. de pact. l. Iuris gentium, §. Prætor ait, D. eod. l. fin. D. naut. caupon. ſtabul. l. 1. D. de conſtit. pecun. l. Cum amplius, in fin. D. de regul. iur. cap. 1. eod. tit. Menoch. conſil. 1. num. 226. cum ſequent. conſil. 92. numer. 33. conſ. 93. numer. 30. & conſil. 156. num. 46. & numer. 54. & de arbitrar. lib. 1. quæſt. 57. num. 6. Gomez variar. tom. 2. capit. 8. num. 4. col. 2. Surd. de aliment. tit. 7. quæſt. 18. num. 12. & deciſ. 259. num. 5. & deciſ. 260. num. 13. & conſil. 345. numer. 9. Cald. Perew. de renouat. emphyt. q. 11. num. 3. ad fin. Mari. Antoni. variar. libr. 2. reſolut. 53. n. 5. Cardin. Tuſch. tom. 6. lit. P. concluſ. 3. & 4. Fr. Anton. à Souſ. in relect. de cenſur. Bullæ Cænæ, cap. 26. diſputatio 23. n. 1.

Æquitati quaſi nihil magis conuenit, quam pacta ſeruare, l. 1. D. de ædilit. edict. dict. l. 1. D. de conſtit. pecun. Surd. conſil. 183. nu. 11.

Et nulla eſt maior iuſtitia, quam ſeruare pacta, dict. §. Si conueniat, capit. 1. §. Si id propter quod, quæ fuit prima cauſ. beneſ. amit.

Graueque eſt apud Deum, ne dum apud homines, pacta rumpere, ex d. l. 1. D. de pact. *& de his* Nos de priuileg. pauper & miſerab. perſon. par. 1. q. 6. numer. 31. & ſequent. & ſupr. lit. F. num. 130.

PACTA *dant legem contractui*, Cald. Per. dict. quæſt. 11. numer. 19. *diximuſque* ſupra liter. C. num. 181. 2

Et legi æquiparantur, l. vlt. C. de reb. alien. non alien. l. vlt. C. de fideiuſſor.

Imo ſumpant leges, ex gloſſ. in cap. 1. de regul. iur. libr. 6. Cagnol. in l. 2. col. 2. verſic. Limitata, C. de pact. inter emptor. & vendit. & in dict. l. Contractus, D. de regul. iur. *quem citat* Mar. Antoni. d. reſol. 53. num. 6. 3

In-

4 *Intellige niſi pacta ſint contra leges, & bonos mores*, cap. In malis promiſsis, 69. de regul. iur. libr. 6. Thom. de Thomaſet. regul. 216.

5 *Quæ tunc per iuramento firmantur*, capit. Non eſt obligatorium, 58. de regul. iur. lib. 6. Surd. conſil. 54. numero 2.

6 PACTA *non poſſunt facere licita, quæ alias illicita ſunt*, Stephan. Gratian. diſcept. forenſ. tom. 5. capit. 851. numero 14.

7 PACTA *priuatorum iuri publico non derogant*, l. Neq; ex prætorio, 27. l. Neque pignus, 45. in fin. D. de regul. iur. l. Iuriſgentium, §. Paciſcar. l. Ius publicum, & l. Inter debitorem, 42. D. de pact. l. 2. §. Ius Reipublicæ, D. de adminiſtr. rer. ad ciuit. pertin. cap. Si diligenti de foro compet. l. Qui de bonis, 15. D. ad l. Falcid. l. Neratius, 20. D. de religioſ. & ſumpt. fun. l. 1. §. Si inter, D. de magiſt. conuen.

8 PACTO *quidquid poteſt adquiri, poteſt & præſcriptione*, l. Alienationis verbum, D. de verb. ſignif. & ibi Alciat. & Rebuf. Surd. deciſ. 3. numer. 23. & deciſ. 236. numer. 9. Valaſc. conſult. 132. numer. 32. Gamm. deciſion. 379. incip. Inter fratrem, numer. 5.

Nam præſcriptio vim pacti habet, Surd. deciſ. 24. à numer. 1. Gamm. deciſ. 276. numer. 2. 9

PACTO *quod poteſt fieri, poteſt etiam per legem nota uimus ſupra* lit. A. num. 494. & ſeqq. 10

PALAM *quæ fiunt, ſuſpicione carent*, l. Non exiſtimo, 55. verſ. Et multum refert, D. de adminiſtr. tutor. l. Cū ipſe tutor, §. Fuit quæſitum, & ibi Ripa, D. de contrahen. emptio. Menoch. de arbitr. lib. 2. centur. 3. caſu 244. nu. 1. & per tot. *Inde* Claudian. in paneg. 4. conſulat. Honorij. 11

Hoc te præterea crebro ſermone monebo.

Vt te totius medio telluris in orbe.

Viuere cognoſcas, cunctis tua gentibus eſſe.

Facta palam,

Vn

Vnde Chriſtus Dominus innocentia ſuam, actionumque ſuarum ſanctitatem, à perfidis etiam inimicis neceſſario fatendam exponens, Ioan. 18. Ego (*inquit*) palam locutus ſum mũdo: ego ſemper docui in Synagoga, & in templo, quo omnes Iudæi conueniunt, & in occulto locutus ſum nihil. *Clandeſtine vero facta ſuſpicionem, malitiamque præ ſe ferre, notauimus ſupra* liter. M. numer. 12. & 13.

12 PAR *in parem non habet imperium*, l. Nam & magiſtratus, D. de recept. arbitr. l. Ille à quo, 13. §. Tempeſtiuum, D. ad Trebel. cap. Inferior, cap. Denique, 21. diſt. cap. Innotuit, 20. §. Quamuis, de elect. cap. 1. de legat. l. 2. tit. 7. part. 3. & ibi gloſ. 1. quæſt. 6. & gloſ. 2. Rebuf. tom. 1. ad leg. Gallic. tract. de euocat. num. 46. pag. 265. Cot. in memorabil. verb. Par. Barthol. Peret. ad extrauag. Ambitioſæ, de reb. Eccleſ. non alien. verb. Prædeceſſorum, numer. 5. pag. 226. Menoch. de arbitrar. lib. 2. caſu 438. num. 9. Surd. conſil. 47. num 10. conſil. 106. numer. 11. conſil. 167. nu. 16. conſil. 424. num. 40. & conſil. 440. num. 58. Aloyſ. Ricci. in collect. deciſ. part. 5. collect. 1094. Scacc. de appellat. quæſt. 2. num. 10. Ioſeph. Alderete in allegat. iuris pro omnimoda regulari um exempt. part. 3. cap. 4. num. 28. Stephan. Gratian. diſcept. forenſ. tom. 5. cap. 925. numer. 5. Ioann. Mar. Nouar. in praxi electionis, & variat. fori, quæſt. 34. num. 14. ſect. 2. Ioann. Antonin. Mangil. de imputat. quæſt. 81. num. 3.

Intellige, niſi par iuriſdictioni paris ſe ſubijciat, quod facere poteſt, l. Eſt receptum, D. de iuriſd. omn. iudic. Surd. cõſil. 47. numer. 5. *cum adductis ſupra* lit. L. num. 80. 13

Item niſi de publica ſalute, vtilitateve tractetur, Thom. de Thomaſet. in florib. legũ, regul. 218. 14

Limita etiam alijs tribus modis, vt per Surd. dict. conſil. 47. num. 9. *Quando nempe ſuperiorem non recognoſcit; quando periculum eſt in mora: &* 15

quan-

quando vnus eſt maior altero in administratione.

16 PARES *cum paribus veteri prouerbio facile congregantur*, l. Pupillo, §. 1. D. de tutor. & curat. dat. ab his, l. 1 §. 1. D. de excuſat. tutor. *Inde* Horat. epiſtolar. lib. 1. epiſtol. ad Lollium.

Vt matrona meretrici diſpar erit, atque
Diſcolor infido ſcurra diſtabit amicus.

Et inferius ibid.

Oderunt hilarem triſtes, triſtemque iocoſi,
Sedatum celeres, agilem gnauumque remiſſi;
Potores bibuli media de nocte Falerni
Oderunt porrecta negantem pocula; quamuis
Nocturnos iures te formidare vapores.

Et ad Torquatum ibid.

Vt coeat par
Iungaturque pari.

17 PARES *in tempore, pares ſunt in iure*, l. aliena, 20. §. 1. D. de pignorat. act.

18 PARIA *delicta mutua compenſatione tolluntur*, l. Viro atq; vxori, 40. D. ſolut. matrim. l. 2. D. nequis cum l. Cum proponas, 2. vbi Doctores, C. de pact. capit. Nihil, 32. quæſt. 6. capit. Significaſti, de diuort. cap. Intelleximus, & cap. fin. de adulter. Hyppol. ſingul. 234. Palati. in repet. rubr. de donat. inter vir. & vxor. §. 20. numer. 4. Bertazol. in repet. l. Si quis maior, C. de tranſact. num. 430. P. Sanchez de matrim. lib. 10. diſput. 8. num. 29. Cardin. Tuſch. tom. 1. lit. C. conclu. 489. num. 15. & ſeq. Cæſar Argel. de contradict. legit. quæſt. 10. nu. 101. Farin. in praxi crim. p. 5. quæſt. 142. num. 39. & p. 7. in fragm. lit. D. numer. 110. Surd. conſil. 302. numer. 18. Celſ. Bargal. de dolo, lib. 6. regul. 15. *cum traditis ſup.* liter. D. numer. 203. & ſeq.

19 *Intellige in ciuilibus, ſiue ſit circa idem, ſiue ſit circa diuerſa*, Farinac. dict. liter. D. numer. 114. Cardoſ. in praxi iudic. & aduocat. verb. Delictum, num. 37.

20 *Etiamſi pœna ſit parti applicanda*, Cæſar Argel. dict. quæſt. 10.

10. numer. 102. *Secus quando criminaliter agitur, & ad pœnam,* Cardoſ. vbi proximè, Bargal. de dolo, dict. regul. 15. Farin. dict. lit. D. num. 139.

21 *Amplia in ſpolio,* Farinac. dict. lit. D. num. 127.

22 *Limita quando delicta circa diuerſa, & ſeparata ſunt commiſſa,* Farinac. vbi proximè, numer. 128. Thomas de Thomaſet. in florib. legum, regul. 219.

23 PARIVM *eadem eſt iuris diſpoſitio, & iudicium,* capit. Inter corporalia, cap. Sicut ergo, de translat. Epiſcop.

Eademque eſt natura, l. Si ſocer, in fin. D. ſolut. matrim.

Et potentia, nec maior, l. 1. §. Veteres, D. de acquir. poſſeſſ. l. Si reus, D. de duobus reis.

Eſtque eadem cum regula correlatiuorum, vt per Bertaz. in repet. l. Si quis maior, C. de tranſact. num. 801.

Et circa materiam hanc, parium, vel ſimilium (ne per regulas, axiomatavè, longū enim eſſet, procedamus) videre plene licet agentem, Camill. Gallin de verbor. ſignif. lib. 5. cap. 16. per tot. 425. numeros cō tinens. *Et tractatum, vel* Enchiridion parium, aut ſimilium iuris, *ſcripſit* Iodoc. Damhouder. *qui* in fin. tom. 3. cō mun. opin. *ingeri ſolet. Ideo quæ hic inſcribi poſſent, remiſſione ad eos facta, omittimus.*

PARTVS *ancillæ in fructu* 24
non eſt, l. In pecudum, 28. §. 1. D. de vſur. & fruct. l. Vetus, 68. D. de vſufruct. & quemadmod. quis vtat. fruat. l. Ancillarum, 27. D. de petit. hæredit. §. In pecudum, 37. inſtit. de rer. diuiſ. l. 23. tit. 31. part. 3. verſ. Otro ſi dezimos, vbi Gregor. Lopez, gloſſ. 3. & 4.

PARVM, *& nihil æquipa-* 25
rantur, & parua non ſunt in conſideratione, l. Quamuis, D. de condit. & demonſtr. cap. Coram dilecto, 34. de offic. deleg. *allegat text. optimum in* l. 1. §. Proinde, D. de ædilit. edict. gloſ. in l. Si pupillus, §. Si ego, verb. Ex cōtrario, D. ad l. Falcid. Hyppol. ſingul. 276. Tiraquel. in tract

tract. de iudic. in reb. exigu. verſic. 8. pag. 53. & in conſuetud. Pictau. titul. 6. §. 5. gloſ. 5. Surd. conſil. 197. numer. 2. Sebaſt. Naui. ad l. Minus, 32. num. 2. D. de verb. ſignific. Mari. Anton. variar. lib. 2. reſolut. 18. nu. 6. Mari. Giurb. in conſuetud. Senat. Meſſan. cap. 6. gloſ. 20. num. 2. Ioann. Anton. Mangil. de imput. quæſt. 52. numer. 7. *Inde Senec. de vita beata, cap.* 5. Eodem loco *(ait)* pone homines, quos in numerum pecorum, & animalium redegit hebes natura, & ignoratio ſui. Nihil intereſt inter hos, & illa. Quoniam illis nulla ratio eſt; his parua.

26 *Limita quando datur diuerſa ratio,* Surd. conſil. 197. n. 21. *alijſque modis, vt proſequitur* Nicol. Moron. de treug. & pace. quæſt. 175. per tot.

PATIENTIA, *& ſcientia ſuperiorum; iuſtificatur omnis actus, notauimus ſup.* lit. A. num. 170.

27 PATRES *torquentur in filijs,* §. fin. inſtit. de noxal. action. l. Iſti quidem, 8. in fin. D. de eo quod met. cauſ. *Inde* Ouid. Metaphor. lib. 1.

Et patrio pater eſſe metu probor.

PARENTVM *enim affectionem nulla eſt, quæ vincat affectio,* l. *Cum* furioſus, 7 C. de curat. furioſ. l. De creationibus, 27. C. de Epiſc. aud. l. Non ſolum, 67. §. 1. in fin. D. de ritu nupt. l. Quidam cum filium, 46. D. de hæred. inſt.

Peccatum non remittitur, niſi reſtituatur ablatum, cap. Peccatum, 4. de regul. iur. lib. 6. cap. 1. 14. quæſt. 6. cap. Qui rapit. 14. quæſt. 5. cap. Cum tu, 5. de vſur. D. Thom. 2. 2. quæſt. 62. art. vlt. D. Antonin. 2. p. ſumm. tit. 2. c. 8. in fin. Sylueſt. verb. Reſtitutio, 5. §. 1. Marta deciſ. ſiue voto, 18. num. 1. 28

Limita in paupere, reſtituere non valente, qui animum tamen deliberatum reſtituendi habet, d. cap. 1. 14. quæſt. 6. cap. Quamquam, de vſur. in 6. vbi gloſ. & in dict. cap. Cum tu, Couar. in dict. cap. Peccatum, part. 1. in princip. num. 2. Gutier. canonic. q. 29

lib.

lib. 1. cap. 40. numer. 3. P. Molin. de iuſtit. & iure lib. 3. tractat. 2. diſput. 754. numer. 2. P. Ferdin. Rebell. de obligat. iuſtit. lib. 2. quæſt. 17. ſection. 2, *laté* Nos de priuileg. pauper. & miſerab perſonar. part. 1. quæſt. 27. numer. 5. & ſeq.

30 PECCATVM *omne voluntarium eſt, & ſine voluntate non committitur*, cap. Sicut enim, 32. quæſt. 5. cap. 1. 15 quæſt. 1. Bald. conſil. 267. num. 5. vol. 1. Cardin. Tuſ. lit. V. conclu. 283. numer. 1, *firmat multis Scripturæ Sacræ locis* Mari. Giurb. in conſuetud. Senat. Meſſan. capit. 6. gloſ. 7. num. 7. Scacc. de commerc. §. 1. quæſt. 7. p. 2. ampliat. 19. numer. 67. verſ. Non obſtat. & ſequent. Anton Ricciul. de iure perſonar. extra Eccleſ. gremi. exiſtent lib 4. capit. 69. num. 14. *& probat eleganter* Senec. *in lib. de morib. qui ſic exorditur*: Omne peccatum actio eſt. Actio autem omnis voluntaria eſt, tam honeſta, quam turpis; ergo voluntarium eſt omne peccatum. Tolle excuſationem, nemo peccat inuitus, *iunctis notatis ſup.* lit. D. num. 66.

PECCATVM *veniale, ex contemptu fit mortale notauimus ſupr.* lit. D. num. 52. 31

PECVNIA *ſine peculio, fragilis eſt*, l. Si chorus, 79. §. His verbis, D. de legat. 32

PECVNIA *non generat pecuniam*, l. Vſura pecuniæ, 121. D. de verb. ſignif. Ioan. Mar. Nouar. quæſt. forenſ. lib. 1. quæſtion. 145. numero 27. 33

PECVNIA *eſt optimus futuræ neceſſitatis fideiuſſor, tradit* (*ex* Neuizan in Sylu. nupt. lib. 2. num. 96. in princip.) Ioan. Mar. Nouar. in praxi election. & variat. fori, q. 16 num. 13. ſect. 1. 34

PECVNIA *inuenta eſt vt æſtimet alias res non vt æſtimetur*, l. 1. D. de contrah. empt. l. Si ita fideiuſſorem, 42. D. de fideiuſſorib. 35

PECVNIAM *retinere, ſatius eſt, quam ſolutam repetere*, l. 3. D. de compenſ. l. Si ſtipulatus, 15. in princip. D. de fideiuſſ. Tiraq. de retract. lig. §. 29. gloſ. 2. num. 3. 36

POE-

POENA *praſuppomit culpā*, l. Sed ſi non data, §. fin. D. de fideicommiſſ. libert. l. Si qua pœna, D. de verbor. ſignificat. D. Thom. 2. 2. q. 108. art. 4. in ſolut. art. & 1. 2. q. 87. art. 7. & 8. Soto de iuſt. & iur. lib. 1. q. 6. art. 5. col. 2. verſ. Profecto, & verſ. Verum tamen, Syluest. in ſum. verb. Pœna, numer. 25. Couar. variar. lib. 2. cap. 8. in princip. & num. 1. verſic. Tertio, Surd. deciſ. 277. numer. 19. Gutier. lib. 2. cap. 30. numer. 12. cum ſeq. *plures refert* Cened. ad Sextum, collect. 1. num. 2.

38 *Nam pœna proprie non dicitur, niſi quæ propter culpam imponitur, ita,* D. Auguſtin. lib. 1. retractat. capit. 9. *quem ſequitur* Lud. Carbon. tract. de legib. libr. 8. diſput. 1. verſic. Tertium notandum, *& ante eum* Alphonſ. de Castro de poteſtat. legis pœnal. lib. 1. capit. 3.

39 *Nec dicitur, aut imponitur, vbi culpa deficit,* l. Sancimus, 22. C. de pœn. capit. Inuentum, 26. quæſt. 7. capit. Ioannes, 23. & capit. fin. de homicid. Ioann. Mar. Nouar. quæſt. foreſ. lib. 1. q. 59. numer. 14. Ouid. de Amic. de iure emphyt. quæſt. 39. numer. 23. *Inde* Ouid. in epiſtol. Oenonis Paridi.

Leniter ex merito quidquid patiere ferendum eſt;
Quæ venit indignè pœna dolenda venit.

Nec pro eo, quod fit ſine dolo, 40
gloſ. in l. Si ſeruum, §. Non dixit, verb. Amouere, D. de adquir. hæredit. Crauet. conſil. 3. num. 24. Becci. conſil. 102. num. 32. Surd. conſil. 182. num. 15.

POENA *debet culpæ reſpondere, & commenſurari delicto,* 41
l. Sancimus, 22. C. de pœn. cap. Fœlicis, verſ. Cæterum, & §. Illud autem, in fin. extr. eod. tit. lib. 6. capit. Non afferamus, 24. q. 1. cap. Quæſiuit, de his quæ fiunt à maior. p. Capit. *Deuterono. cap.* 25. Pro menſura delicti, erit plagarū modus, *& Apocalyp, cap.* 18. Quantū glorificauit ſe, & in delicijs fuit; tātū date illi tormentū, & luctū, Menoc. de arbitrar. li. 1. q. 90. n. 38. Menchac. q. illuſtr. cap.

Digitized by Google

8. num. 51. & cap. 24. num. 17. Cardin. Tuſch. liter. P. concl. 211. Farinac. in praxi crimin. q.4. num. 10. & q.17. num.9. Bertazol. in repet. l. *Si* quis maior, *C.* de tranſact. num.68. Ioan. Mar. Nouar. quæſt. forenſ. lib.1. q. 25. nu. 7. & quæſt. 151. num. 12. in fin. Surd. conſil. 250. num. 1. & conſil. 321. numer. 53. Scacc. de Iudic. q.58. nu. 12. Sebaſtian. Guazin. de defenſ. reor. defenſ. 33. cap. 4. nu. 2. part. 2. *Vnde* Ouid. Triſtium lib.2. elig. vnic. in fin.

Tutius exiliũ, pauloque quietius oro,
Vt par delicto ſit mea pœna ſuo.

Paritas enim delicti, paritatem pœnæ requirit, l. Nihil intereſt, D. de adulter. l. Si quẽ quam, in fin. C. de Epiſcop. & Cleric.

42 POENA *ex delinquendi frequentia augetur,* l.3. in fin. D. de Epiſcop. aud. l. Aut. fact. 16 in fin. D. de pœn. Ioſeph. de Seſſ. Aragon. deciſ. 97. num. 7.

43 POENA *debet tenere ſolos auctores, & delinquentes,* l. Sancimus, C. de poen. l. Abſentem, D. eod. Bertazol. in repet. l. Si quis maior, C. de tranſact. num. 111. Eſcobar de ratiocin. cap. 41. numer. 7. Cardin. Tuſch. liter. P. conclu. 212. Surd. conſ. 102. num. 16. *plene* Sebaſt. Guazin. de defenſ. reor. p.2. defenſ. 33. c.2. per tot. *Vnde* Ouid. Triſtit. eleg. 2. lib. 1. *de naufragio dolens.*

Fingite me dignum tali nece, non ego ſolus
Hic vehor; immeritos cur mea pœna trahit?

Noxa enim † *caput ſequitur* 44
l. Crimen, D. de pœn. l. Rem mihi, D. commod. §. Omnis inſt. de noxalib. action. c. 1. de iur. & damno dat. *cum alijs quæ adducit* Surd. de aliment. tit. 1. q. 38. num. 30. Farinac. in praxi crimin. part. 1. q. 23. numer. 1. Eſcobar. d. loco.

Vnde nullus pro alterius delicto puniendus eſt, vt conſtat ex 45
teſtimonio Ezech. capit. 18. Anima quæ peccauerit, ipſa morietur, *relato in* cap. Iam itaque, 1. q.4 & in c. Si habes, 24. q.3. & in cap. Quæris, de con-

Digitized by Google

conſecrat. diſt. 4. *& ex illo Exod, cap.* 23. Inſontem, & iuſtũ non occides. *Et Daniel, cap.* 13. Innocentem, & iuſtũ non interficies, *Et Iob. cap.*4. Quis enim vnquam innocẽs perijt? aut quando recti deleti ſunt? dict. l. Crimen. 26. D. de pœn. l. Adoptiuum, 8. in fin. & ibid. gloſ. in fin. D. de in ius vocand. l. Generali, 34. §. fin. D. de ritu nupt. rub. & nig. C. ne fil. pro patr. Nauar. de pœnit. & remiſſ. libr. 5. conſ. 26. num. 11. Farinac. de delict. quæſt. 24. numer. 1. cum ſequentib. Decian. tractat. crimin. libr. 7. capit. 41 numer. 18. Menoch. de præſumpt. lib. 5. præſumpt. 33. à numer. 5. Monach. deciſ. Lucenſ. 5. numer. 70. & deciſion. 8. num. 79.

46 *Intellige accepta pœna prout eſt culpæ correlatiua, & prout rationem pœnæ importat per quã iuſtitiæ qualitas reputatur. Nã ſi ſub ratione medicinæ accipiatur pœna, vt quis minori bono priuetur, & in maiori augeatur, vel data iuſta cauſa, ad maiorem Reipubl. vtilitatem, vt dum vnuſquiſque torquetur, cæteri cautius, & promptius à criminibus abſtineant; non inconuenit vt vnus pro alio pœnæ temporali, non tamen æternæ, aut ſpirituali, ad animæque ſalutem pertinente, puniatur. Ita notat* gloſ. verb. De quarta, in ſum. 1. quæſt. 4. *& ita diſtinguentes tenent* D. Thom. 1. 2. quæſt. 87. articul. 8. in corp. articul. & in reſponſ. ad 1, & 2. 2. quæſt. 108. art. 4. in corp. etiam art. in princip. Thomas de Thomaſet. regul. 128. Couarru. variar. lib. 2. capit. 8. num. 1. verſ. Quarta, iuncto, verſic. Quinta, Alphonſ. à Caſtr. de iuſt. hæret. punit. capit. 11. & aduerſ. hæreſ. lib. 12. verb. Peccatum, §. Secunda hæreſis, fol. mihi 131. Gutier. canonic. libr. 2. capit. 30. num. 25. *& in hoc ſenſu illud* Claudiani in Curetium *intelligendum venit;*

In prolem dilata ruunt periuria patris,
Et pœnam merito filius ore luit.

Plures ampliationes, limitationes, & intellectus huic axiomati aſsignat Farinac. d. quæſt. 24.

24. *eruditiſsimus quoque* Oſuald. Helig. in Donel. enucl. lib. 16. cap. fin. liter. C.

47 POENA *non irrogatur, niſi expreſſè iure caueatur, iuxta* text. in auth. de non eligen. ſecund. nubent. §. Cũ igitur, l. At ſi quis impediat, §. Diuus autem Marcus (*ibi*: Pœnam tamen in eum ſtatutam non eſſe) D. de religioſ. & ſumpt. fun. *& quæ notantur in* l. Cum quidam, D. de liber. & poſthum. gloſ. in cap. fin. de iure patron. *plures refert* Mari. Antoni. variar. lib. 3. reſolut. 39. numer. 11. & num. 32. Girond. de priuilegior. ſeu exemption. explicat. numer. 563. Cardin Tuſch. lit. P. conclu. 216. num. 4. Hector Felici. allegat. 66. numer. 6. verſ. Et eſt regula communis, p. 2. Menoch. de arbitr. caſu, 276. per tot. lib. 2. cent. 3. Farinac. (*alios referens*) quæſt. 18. num. 7.

48 POENA *vnius, alterius præmium eſſe non debet*, l. Si ſequens, D. ad Sen. C. Sillan.

49 POENAM *non meretur, qui lege permittente facit*, l. Gracchus, C. ad l. Iul. de adulter. l. Illud, D. quod quiſque iur. Cardin. Tuſch. tom. 6. liter. P. concluſ. 208. Cãpanil. in diuerſor. iur. canon. rubr. 11. capit. 33. numero 26. verſic. Inſuper. Flamin. de confident. quæſt. 5. numero 47. Mari. Antonin. variar. libr. 3. reſolut. 42. numero 2. Stephan. Gratian. diſcept. forenſ. tom. 5. capit. 960. num. 15.

POENA *vnius multorum eſt exemplum*, l. 1. C. ad l. Iul. repetund. l. Bona fides 31. in princip. D. depoſit. l. Aut facta, 16. in fin. D. de pœn. 50

PVBLICE *intereſt pœnam delinquentibus non remitti*, l. Si operis, C. de pœn. *Ne delicta maneant impunita, notauimus ſupra* liter. D. numero 47. 51

POENAE *ſunt reſtringendæ nec ad alios caſus quam expreſſis extendi debent*, l. Factũ cuique, §. In pœnalibus, vbi Deci. numer. 6. 9. & 26. in fin. D. de regul. iur. & Cagnol. numer. 1. capit. In pœnis, eod. titul. libr. 6. Theodo Thom. regul. 227. Burg. 52

de

de Paz conſ. 8. num. 2. Sur. (*cum multis per eum relatis*) de aliment. tit. 1. quæſt. 51, nu. 12. *pleniſsime* Farin. fragment crimin. part. 1. lit. E. num. 144. cum. ſeq. Stephan, Gratian. diſcep. forenſ. tom. 5. capit. 972. num. 13. Scacc. de commerc. § 7. gloſ. 2, numer. 43. *Nec etiam ex ſimili-*
53 *tudine* † *rationis debent extendi*, Ioann. Andr. in regul. Odia, de regul. iur. libr. 6. Immol. in l. Si vero, §. De viro, col. 8. *D.* ſolut. matr. Duen. regul. 287. Grac. Girond. de priuilegior. ſeu exemption. explicat. numer. 540. *Qua de re conſule fusé agentem* Farin. dict. lit. E. à numer. 188. cum ſeq.

54 *Vt autem extenſio fiat in pœnalibus, æquiparationem in omnibus eſſe oportet*, gloſ. verb. Sanè, in cap. 1. de voto, lib. 6. gloſ. verb. Prorogamus, in cap. Conſtitutus, de regular. Girond. dict. loco, num. 539. & 561. Farinac. dict. lit. E. num. 199.

55 *Intellige tamen ſimilitudinẽ exiſtere in caſu de quo agitur, ſufficere, nec quoad omnia ſimilitudinem in eſſe requiri*, l. 1. C. de collat. Iaſ. in l. Creditori, num. 8. D. de oper. noui. nunciat. & in l. fin. num. 1. C. de collat. Menoch. de arbitr. lib. 2. caſu, 84. num. 9. Farinac. alios referens, dict. liter. E. num. 195.

POENAE *ſunt mollẽdæ potius quam exaſperandæ*, cap. Pœnæ de pœnit. diſtin. 1. Ioan. Mar. Nouar. quæſt. forenſ. lib. 1. q. 52. num. 7. 56

POENAE *vinculo alligari nequit, quod de iure non tenet*, l. Non dubium, 5. in fin. C. de legibus, l. Quod de bonis, aliàs Quod bonis 15. §. 1. D. ad leg. Falcid. Rot. Roman. deciſ. 10. *aliàs* 868. ad fin. de teſtament. in antiq. Sigiſmun. Scacci de iudic. libr. 1. cap. 57. num. 6. & de commerc. § 1. quæſt. 7 p. 3. limit. 17. numer. 13. in fin. & §. 2. gloſ. 7. num. 24. 57

POENIS *benignior fit interpretatio* l. Pen D. de pœn. capit. In pœnis 49. de regul. iur. libr. 6. capit Ex literis de conſtit. Tiraque'. in l. ſi vnquam, verb. Reuertatur numero 246. C. de reuoc: 58

donat. Aloyſ. Ricci in praxi rer. fori Eccleſ. reſolut. 303. num. 2. in 2. edit Thom. de Thomaſet. regul. 158. Vgo. lin. de offic. & poteſt Epiſc. capit. 6. §. 1, numer. 3. Ioan. Mar. Nouar. quæſt. forenſ. lib. 1. quæſt. 152. num. 7.

59 PERICVLVM *vbi maius, ibi plenius eſt conſulendum*, l. 1. §. Sed ſi quis D. de Carbon. edict. l. Manifeſtiſsimi, C. de furt. l. Addictos, C. de appellat. capit. Vbi periculum, de elect. libr. 6. Bertaz. in repet. l. ſi quis maior, C. de tranſact. numer. 6. Cardinal. Tuſch. tom. 6. liter. P conclu. 281. Stephan. Gratian. March. deciſ. 133. nu. 19. & diſcept. for. tom. 4. c. 669 num. 16. Farinac. conſil. 65. num, 115. libr. 1. Sur. conſil. 163. numer. 20. Scac. de commerc. §. 1. quæſtion, 1. num. 1.

60 PERICVLVM *qui amat, peribit in illo*, Eccleſia. 3. verſ. 27. *eleganter* Sigiſmun. Scac. de comm. §. 1. quæſt. 7. part. 1. numer. 17. & p. 2. numer. 65. verſic. Secundo, & verſic. Tertio, *inde* Senec. in Hercul. furent. actu 1.

Nemo ſe tuto diu,
Periculis offerre tam crebris poteſt.

Et ibid. act. 1.

Quem ſæpe tranſit caſus, aliquando inuenit.

PERMISSVM *ad tempus, poſt illud cenſetur prohibitum*, l. ſi vnus, §. 1. vbi Bald. D. de pactis, l. Epiſtola, §. final. vbi Caſtr. D. eod. tit. l. Imperator, D. de poſtul. l. Cum pater, §. A filia, vbi Bart. D. de legat. 2. l. ſtatu. liberum, §. ſtichum, & l. Titia cum teſtamento, §. vlt. D. eod. l. Pater filium, §. Fundum, D. de leg. 3. l. 2. C. de iure emphyt. cap. vlt. §. In alijs verſ. ſi vero, vt lite non conteſt. Tiraquel. de retractis conuent. §. 1. gloſſ. 2. num. 4. deciſ. Pedamont. 83. numer. 13. Menoch, conſil 68. numer. 10. Surd. de aliment. titul 5. quæſt. 3. num. 8. & 10. & deciſ. 75. numer. 1. & deciſ. 189. numer. 9. & deciſ. 244. num. 10. & conſil. 8. num. 7. conſil. 52. numer. 23. conſil. 57. num. 9. conſil. 88 numer. 7. conſil, 97. num. 26. 61

conſ.

Digitized by Google

conſ. 123. numer. 11. conſ. 354. num. 18. & conſ. 443. numer. 58. Bertazol. de clauſul. Inſtrument. clauſ. 15. gloſſ. 2. num. 21. Gonçal. ad regul. 8. Cancellar. §. 5. procem. nu. 3. Cald. Pereyr. de extinct emphyt. quæſt. 1. num. 8. & de renouat. Emphi. quæſt. 1. num. 1. Petr. Barboſ. in l. Cum prætor in princip. num. 45. D. de iudic. Rot. Roman. ex collectis à Farin deciſ. 617. num. 2. tom. 2. part. 1. Vincent. Carot. ſingul. 185. *Vbi ampliat procedere in ſtatutis, etiã per argumentum à contrario ſenſu, ad iuris communis correctionem.*

62 PERMISSVM *poſt tempus, ante illud cenſetur prohibitum*, l. Promiſſor, D. de conſtitut. pecun. Tiraquel. de retract. conuen. §. 1. gloſ. 2. numer. 48.

63 PERMISSVM *cẽſetur omne id per quod deuenitur ad actum, permiſſo actu*, l. Ad rẽ, mobilem 56. D. de procurat. *late* Vincent. Carot. in cap. Cum quid prohibetur, de regul. iur. lib. 6. part. 2. per tot. Scacci de commerc. §. 1. q. 7. part. 2. ampliat. 19. numer. 108. prope. fin. *cum traditis ſupra*, liter. C. numer. 99. & lit. N. numer. 14. cum duobus ſeqq.

PERMISSVM *cẽſetur, quod prohibitum non reperitur, vide infra* hac ead. lit. numero 206. 64

PERMVTATIO *vicem tenet emptionis*, l. 2. C. de rer. permut. l. Titia, D. de iure dot. l. Sciendum, §. Deinde, D. de ædilit. edict. l. Apud Celſum, §. Si quis autem, D. de dol. except. l. fin. D. ex quibus cauſ. in poſſ. eat. Sur. conſ. 433. num. 29. 65

PERSONA *prius quam iuris ratio quærenda eſt*, l. Quidã referũt. 14. verſ. eſſe enim debent, C. de iure codicill. l. Si quæramus, D. de teſt. 66

PERSONA *loquentis in generali diſpoſitione non includitur*, l. Inquiſitio, C. de ſolut. cap. Quisquis de præben. Surd. conſ. 152. num. 5. Stephan. Gratian. diſcept. forenſis tom. 4. cap. 771. numer. 5. Menoch. conſ. 152. num. 23. Sebaſtian. de Medic. de regul. 67

regul. iur. regul. 1. verb. Perſona loquentis num. 85. *plene* Nicola. Vander. ſing. 43. per tot. præcipue à numer. 7. & ſeqq. *cum notatis ſupra* lit. G. n. 4. 5. & 6. *vbi limitamus*.

68 PERSONARVM *acceptio in iudicijs non eſt habenda*, l. Si cum dies, §. ſi arbiter, C. de arbit. cap. In iudicijs 12. de regul. iur. libr. 6. capit. Nouit, de iudic. *Multa de hoc vitio tradunt* Abb. in cap. De multa, num. 8. de præben. Aldobran. in §. Iuſtit. num. 4. inſtit. de iuſt. & iur. D. Thom. 2, 2. quæſt. 63. *vbi poſt* Caie. *optime & plene* Aragon. & Salon. Gabr. in 4. diſt. 15. q. 7. Soto libr. 3. de iuſtit quæſt. 6. D. Anton. 2. part. tit 1. cap. 19. & 20. Abulen. ſuper cap. 25. Math. quæſtion. 108. cum ſeqq. Alexan. Aleſ. 2. p. q. 119. P. Leonar. Leſſi de iuſt. & iur. lib. 2. capit. 32, dubit. 1. 2. & 3.

69 *Limita, & intellige axioma hoc, Primo, reſpectu partium, ſecus reſpectu teſtium*, gloſ. in Clem. 1. ver Iuri. de teſtib.

70 *Secundò vt procedat de mera iuſtitia, ſecus de gratia*, Bar. in l. 1. in princip. D. de poſtul. Sot. de iuſt. & iure lib. 3. q. 6. art. 1. in reſpon. ad 1. arg. P. Ioan de Salas de leg. q. 97. tractat. 14. diſput. 20. ſect. 7. numer. 70. verſ. Ad ſecundum, & num. 71.

Tertiò vt procedat inter æquales, ſecus inter inæquales, Abb. in d. cap. De multa n. 8. de præbend. 71

Quartò vt procedat in exequenda, ſecus in modo exequendi, Becci in d. cap. Nouit, notab. 7. num. 42. de iud. *ſic limitat, & intelligit regulã hãc* Vincent. Car. ſingular. ſuis, ſingu. 334. *Et de contrario abuſu, vide notata ſupr* lit. F. n. 45. 72

PERSVASIO *vicem coactionis tenet, Imo perſuadere plus eſt quã cogere*, l. 1. §. Perſuadere, D. de ſeruo corru. l. Eum, 5. C. de Apoſtat, *ibi*: Qui ſeruum, ſiue ingenuum inuitum, ſeu ſuaſione, & lib. 1. tit. 19. par. 7. in fin. *ibi*: Como manera de fuerça es ſol ſacar, *Plura in id eruditiſſime tam ex ſacra Scriptura: & ſanctorum, quã iurium expendit loca*, P. San. de matr. li 4 diſpu. 7. n. 4. *præter quæ addo expreſſe* 73

deci-

Digitized by Google

decidentem, Hor. epiſt. lib. 1. ep. ad Claud. Neronem.

Nā me rogat, & prece cogit,

Et de art. poet.

Vt præco ad merces turbam qui cogit emendas.

74 PLVRALIS *locutio in duobus*
ad minus verificatur, duorū que numero eſt cōtenta, c. Pluralis locutio, 40. de reg. iur. lib. 6. l. Vbi numerus, D. de teſtib. l. Libertas, §. vlt. D. de manumis. teſt. l. Inter illa, §. fin. D. de verb. oblig. Euerar. in topic. legal. loco 54. Maſcar. de prob. concl. 838. n. 12. Cened. practic. q. ſingul. 80. n. 3. Mar. Ant. variar. lib. 1. reſol. 109. n. 37. Eſcob. de ratiocin. c. 18. n. 43 Sebaſt. de Medic. de reg. iur. reg. 4. n. 3. & ſeq. Sur. cōſ. 364. n. 37. & cōſ. 402. n. 15. Ioan. Mar. Nouar. q. forenſ. lib. 1. quæſt. 151. numero 30. Caſtill. controuerſ. lib. 5. part. 2. capit. 120 numer. 2.

PLVRALIS *enim numerus vno non contentatur, dictis iuribus* Cardin. Tuſch. tom. 2. lit. D. concl. 353. num. 1. & lit. P. concl. 357. Surd. conſ. 31. num. 23.

Limita pluralitatem in ſingu 75
lari verificari, quando eadem militat ratio in vno, quam in duobus, vt per Caſtill. vbi ſupra num. 23. & 28.

PLVRALITAS *actuum nō* 76
præſumitur, l. Omnium, C. de teſta. vbi gloſſ. l. fin. C. de reb. credit. l. 2. C. de error. aduoc. cap. In præſentia, verſ. Verum, in 2. de prob. Euerar. in topic. legal. loco 86. Maſcar. de probat. cōcl. 1174. Menoch. de arbitrar. lib. 2. caſu 93. n. 32. Gomez variar. tom. 3. c. 10. n. 6. in fin. Brunor à Sole in locis commun. verb. Actuum, n. 31. Stephan Gratian. diſcep. forenſ. c. 93. n. 12. & tom. 5. c. 824. n. 47. c. 948. num. 18. & c. 951. n. 15. Pedroc. conſ. 36. num. 88. 89. & 90. Farinac. in praxi crimin. par. 2. q. 64. num. 319. & part. 4. deciſ. 98. & Rot. Roman. apud eundem deciſ. 119. nu. 7. tom. 1. part. 1. Sur. conſil. 355. nu. 26. conſ. 385. num. 10. & conſ. 483. nu. 6. Sebaſtian. de Medic. de regul. iur. regul. 4. numero 8. verſ. Secūdo præmitto, & ſequentib. *vbi quod nec nominis,*

nec

Digitized by Google

nec hæredum, nec teſtamentorũ, nec ſententiarum, nec contractuum, nec inſtrumentorum, nec delictorum præſumitur pluralitas, quos, & alios proſequitur caſus, Cardin. Tuſch. liter. P. conclu. 368. *omnium fuſiſſime* Farinac. fragmentor. crim. part. 2. lit. I. numer. 10. & ſeqq. vſque ad num. 86.

Nec perſonarum, niſi ab allegante probetur, l. 1. C. de probat. Surd. conſil. 61. num. 74. & conſ. 378. num. 6. Rot Roman. in nouis deciſ. 5. nu. 4. part. 1. Menoch. de præſumpt. lib. 6. quæſt. 15. numer. 36. cum ſeqq.

77 *Amplia, quia potius error, quam pluralitas actuum præſumitur*, l. ſi diuortio, D. ſol. matrim. Aym. Crauet. conſ. 198. num. 1. *cum alijs quos refert*, Sebaſt. de Medic. ſupr. num. 15. & 16.

78 *Amplia etiam, vt nec ex pluralitate inſtrumentorum pluralitas actuum præſumatur*, Aym Crauet. vbi proximè, d. numer. 1.

79 *Limita, & intellige, quando ſumus in his, quæ vnum, & idem eſſe poſſunt; aliter ſecus, ita* Sebaſtian. de Medices *(allegando* Alexand. conſil. 134 volum. 2. col. 2.*)* d. regul. 4. num. 16. verſ. Declaratur.

Limita etiam, in rebus in quibus præſumitur pluralitas, Afflict. deciſ. 23. numer. 3. Crau. conſ. 112. num. 14. Nel. da S. Gemini, in tract. de teſt. numer. 156. Seb. de Medic. vbi proxime, numer. 17. Surd. conſ. 61. num. 13. & num. 74 conſ. 135. numer. 77. cõſ. 311. n. 44. conſ. 429. num. 67. conſ. 540. num. 44 & conſ. 577. nume. 23. Stephan. Gratian. diſceptation. forenſ. tom. 4. capit. 640. n. 26. capit 657. num. 41. & capit. 790. nu. 6. Farinac. fragment. criminal. part. 2. lit. I. num. 6. & 7. *licet in contrarium alios referat*, num. 8. *componitque contrarietatem* numero 9. 80

Limita præterea, quando de duplici forma actus apparet, Felin. in capit. Cum. Ioannes 10. nu. 8. de fide inſtrumen. Menoch. de præſumpt. lib. 6. præſumpt. 15. numer. 11. & ſeqq. Stephan. Gratian. diſcept. forenſ. tom. 4. cap. 877. num. 81

Digitized by Google

numer. 21.

82 *Limita deinde, ad excluſionem, delicti,* Surd. conſ. 173. num. 44. & conſ. 307. num. 18. Ioan. Bapt. Coſt. de facti. ſcient. & ignor. inſpect. 13. num. 9.

83 PLVS *ſemper in ſe continet quod eſt minus*, l. In eo, 110. D. de regul. iur. *iunctis traditis ſupra*, liter. M. num. 3. & ſeqq. & num. 7.

84 PLVS *ſi licet, quod minus eſt licebit*, l. Non debet, D. de regul. iur. auth. Multo magis, C. de ſacroſ. Eccleſ. cap. Cui licet, 53. de reg. iur. lib. 6. l. Marcellus, D de donat. cauſ. mor. Farinac. conſ. 60, nu. 109. lib. 1. Thom. de Thomaſet. in floribus. leg. regul. 85. Surd. conſ. 288. num. 14. Ioann. Mar. Nouar. quæſt. forenſ. lib. 1. quæſt. 24. numero 6.

85 *Limita in diſpenſationibus,* Surd decıſ. 258. numer. 20. & 21. Pater Sanchez. de matrimon. lib. 8. diſput. 1. numer. 32. Cal. Pereyr. de nominat, emphyt. quæſt. 21. numer. 65.

86 *Et cui non licet quod eſt minus, nec quod eſt plus licebit, ita* Ferrer. in conſtitut. Cathalon. gloſſ. 4. num. 43.

PLVS, *& minus non mutant ſubſtantiam rei, nec eam faciunt ſpecie differre*, l. final. D. de fund. inſtruct. & inſtru legat. l. Legato generaliter, D. de legat. 3. l. Qui ex vico. D. ad municip. Mar. Anton. variar. lib. 3. reſolut. 39. nu. 4. Ferr. in conſtit. Cathalon. gloſ. 8. num. 155. Surd. conſ. 305. num. 66. & conſ. 368. num. 13. Lara de Capellan. lib. 2. cap. 8. num. 4. & ſeqq. Nicola. Loſæ. de iure vniuerſit. part. 3. cap. 13. num. 7. Stephan. Gratian. diſcept. forenſ. tom. 4. capit. 752. numer. 90. Thom. de Thomaſet. regul. 215. *Vbi limitat procedere, quando accidentaliter, † ſecus ſi eſſentialiter differant.* 88 87

Limita etiam quando ei, quod eſt plus lex reſiſtit, ei vero quod eſt minus, aſsiſtit, vel è contra; tunc enim plus, & minus, ſpecie diſtinguntur, vt (ex 89 l. Eos, C. de vſur. iuncta, l. Improbum fœnus, C. ex quibus cauſ. infam. irrog. l. Græcé, §. illud, D. de fideiuſſor. §.

§. Fideiuſſores inſtit. cod. titul. 5. Siquis agens inſtit. de actionibus, l. Scio, & ibi Bartol. D de reſtitut. in integ.) *tradit* Mari Giurb. in conſuetud. Senat. Meſſan. capit. 3. gloſ. 7. num. 16. p. 1.

90 PLVS *eſt facto exprimere, quam verbo*, Sigiſmund. Scacci. de appellat. q 6. num. 41. *iunctis adductis ſupra* liter. F. num. 18.

91 PLVS *iuris nemo in alium transferre poteſt quam ipſe habet*, l. 2. C. de pœn. l. 1. C. qui pro ſua. iuriſ. cap. Nemo poteſt, 79. de reg. iur. lib. 6. Ioſeph. de Seſſ. Aragon. dec. 188. nu. 15. & 23. Cæſar Arg. de contrad. legit. q. 9. num. 58. Pichar. ad princip. inſtit. de acquiſit. per arrogat, nu. 49. Surd. conſil. 126. num. 31. & conſ. 127 numer. 28. Stephan. Gratian. diſcept. forenſ. tom. 4. capit. 777. numer. 16.

92 PLVS *valet quod in veritate agitur, quam quod ſimulate concipitur*, rubr. & nigr. C. plus valere quod agitur, quã quod ſimul concip. Scacc. de commerc. §. 1. quæſt. 7. part. 3. limit. 7. numer. 4. & 5.

PLVS *ſoluit, qui ſtatim ſo-* 93
luit, notatur infra, lit. S. numero 49.

PLVS *dat, qui ſtatim, vel ci-* 94
tò dat vt probant d. lit. S. numer. 49. *adducta. iura, & illud* Auſon.

Gratia quæ tarda eſt, ingrata eſt; gratia namque
Quæ fieri properat, gratia grata magis,

Senec. & Martial, *quorum retulimus ſententiam* liter. M. num. 95.

PLVS *petit qui ante tempus,* 95
loco, re, cauſa vé petit, §. Plus autem inſtit. de action. vbi gloſ. *concordantes allegat.*

POETARVM *dicta iuri* 96
non cõtraria allegari poſſunt, authoritatem que habent maximã, capit. Quemadmodum 25. ver. Nam ſi poſt contractum, de iur. iur. l. 1. §. ſed an ſine nummis, D. de contrahen. empt. princip. inſtit. de empt. & vendit.

POSSE *videtur, qui facit* 97
quominus poſſit l. ſi bona fide 12. D. de noxal. action.

Et paria ſunt, quem aliquid 98
face-

Digitized by Google

facere, vel per ſe non ſtare quominus fiat, l. Vter in fin. D. de cond. inſt. capit. Cum non ſtat. 66. de regul. iur. lib. 6.

99 POSSE *videtur, qui poteſt facere vt poſsit*, l. Qui poteſt facere, 135. D. de reg. iur. Nos de priuil. pauper. & miſerab. perſ. p. 1. q. 4. §. 2. num. 231.

100 POSSE *quis nõ dicitur quod contra ius poteſt*, l. Quæro: § inter locatorem, D. locat. l. Nepos Proculo, D. de verbor. ſignific. c. Cauſam quæ, de reſcriptis, c. Cũ dilectus, de cõſuet. Stephan. Gratian. March. dec. 13, num. 34.

101 *Et poſſe non dicimur, quod honeſte non poſſumus*, d. l. Nepos Proculo Sur. conſ. 103 n. 44. Stephanus Gratian. diſcept. forenſ. tom. 5. cap. 891. num. 31.

102 POSSESSOR *olim, & hodie poſſeſſor præſumitur*, c. Cũ Eccleſia Sutrina, de cauſ. poſſ. & propri. cap. Olim. 3. de reſtit. ſpol. gloſ. Bar. & DD. in l. ſi ne poſsideatis, C. de prob. Grat. reg. 375. Anton. Gab. commun. tit. de præſumpt. concl. 10. Alc. de præſump. reg. 2. præſump. 21. Menoch. eod. tract. lib. 6. q. 62. & q. 64. num. 1. & de interdict. recuper. poſſ. remed. 15. n. 386. & con. 21. n. 7. Maſcar. de prob. concl. 540. & concl. 1195. n. 45. & concluſ. 1321. n. 5. Couar. in reg. poſſeſſor, 2. p. §. 1, in princ. & in c. Rainuntius, §. 11. n. 2. Mẽchac. quæſt. illuſtr. c. 58. n. 5. Flamin. de reſignation. to. 2. lib. 13. quæſt. 5. nu. 115. Stephan. Gratian. diſcept. forenſ. c. 310. nu. 57. Nicola. Garc. de benefic. p. 6. c. 3. nu. 75. Rota Roman. apud Farin. deciſ. 419. n. 20. tom. 1. p. 1. & deciſ. 634. nu. 6 tom. 2. part. 1. Car. Tuſch. liter. P. conclu. 417. à princip. Sur. conſ. 135. numer. 53. conſ. 151. numer. 58 & conſ. 160. numer. 81.

Intellige ſi allegetur, Tiraq. tract. de præſcrip. §. 1. gloſ. 9. verſ. Imo Gab. d. conclu. 10. numer. 13. Menoch. d. quæſt. 64. à num. 35. Maſcar. concl. 1201. à num. 36. 103

Amplia vt non ſolum in ipſo poſſeſſore de præſenti poſſeſsionem 104

nem allegante procedat, ſed etiam in ſucceſſore vniuerſali, vel ſingulari, qui defuncti, vel auctoris ſui, quem ſemel poſſediſſe conſtat, poſſeſſionem allegare poteſt, & vſque ad mortem fuiſſe continuatam, Alciat. d. præſumpt. 21. num. 5. Gabr. d. concluſ. 10. numer. 11. Maſcar. conclu. 170. numer. 17. Nicol. Garc. dict. cap. 3. numer. 76.

105 *Amplia etiam, in eo, qui initium poſſeſſionis probat, vt etiam hodie poſſeſſor præſumatur*, Alciat. d. præſumpt. 21. á princip, Anton. Gomez in l. 50. Taur. num. 37. Rebuf. in tract. de pacific. poſſeſſ. n. 269 Flamin. de reſign. lib. 3. quæſt. 6. num. 76.

106 *Amplia deinde in eo, qui ſemel Dominus probatur, vt ſemper, etiam poſt mille annos dominium retinuiſſe præſumatur*, Pichard. tom. 1. commun. opinion. libr. 4. titul, 9. nu. 340. pagin. 510.

107 *Limita axioma, & ampliationes, quando medio tempore aliũ poſſediſſe probatur*, Afflict. deciſ. 393 num. 1. & 2. Menoch. de retin. poſſeſſ. remed. 3. numer. 557 Surd. conſ. 160. numer. 83. & conſ. 173 numer. 106.

E conuerſo etiam non procedit axioma. Poſſeſſor enim hodie, olim poſſediſſe non præſumitur, ex capit. ſi eo tempore, de reſcript. in 6. & Clemen. Literas, 5. eod. tit. *tenet*, Surd. conſ. 135. num. 52. & 53. verſ. Et in ſpecie. 108

POSSESSOR *præſumitur dominus vel ex poſſeſſione præſumitur dominium*, l. Cum res 12. C. de probat. l. Ob maritorum, 2. vbi gloſ. parua verb Occupatæ ſunt, C. ne vxor pro marit. Bar. conſ. 209, numer. 4. libr. 1. Maſcar. *(multos referens)* de probat. concluſ. 540. numer. 9. & ſeqq. & concluſ. 537. numer. 8. & conclu. ſeq. numer. 13. *plene etiam* Menoch. de præſumpt. libr. 6 præſumpt. 65. ex numer. 9. vſque ad num. 22. Surd. de aliment. titul. 1. quæſt. 123. num. 2. Anton. Fauer. in ſuo codic. deciſ. libr. 3. titul. 21. definit. 18. per tot. & libr. 4. titul. 3. definit. 2. num. 8. *referimus* Nos de priuileg. pauper & mi- 109

Digitized by Google

miſerabil. perſonar. part. 1. quæſt. 39. num. 9.

238 *Limita præterea, & intellige in caſu prouiſo, non in alio*, Bartol. in l. Si conſtante, in princip. num. 54. D. ſolut. matrim. Alexan. conſil. 126 n 6. lib. 5. Sur. con. 359. n. 37.

Intellige denique, ſi prouiſio hominis meré verſetur circa id, quod legis diſpoſitio verſatur, Modeſtin. Piſtor. d. q. 48. n. 41. & ſeqq. *Alia notauimus ſupra*, d. liter. D. numer. 157. & ſeqq. 239

PROXIMVS *eſt, quem nemo præcedit*, l. Proximus, 92. D. de ver. ſignific. *cum alijs adductis ſupra*, hac eadem lit. num. 152. 240

PVNIENDVS *quis eſt in eo in quo deliquit*, tot. tit. in rubr. & nigr. D. quod quiſque iur. l. Qui crimen, C. qui accuſ. non poſſ. cap. Poſtulaſti, de cleric. excommunic. *optimus text.* in auth. Omnes peregrini, C. commun. de ſucceſ. & in l. 30. titul. 1. p. 6. & ibid. Greg. Lop. in ver. Miſmo. Bartol. Pere. ad extrauag. Ambitioſæ, de reb. Eccleſ. non alien. verb. Illis exceptis, num. 8. Ioann. Langlæ, ſemeſtri lib. 7. c. 15. *Radamātis legē illā recenſens, de qua apud* Ariſtot. Ethicor. 5. 241

Si

Si quod quiſque facit, idem patitur & ipſe,
Id iuſtum fiet denique iudicium.

Inde Senec. in Hercul.furentem actu 2.

Quod quiſque fecit, patitur.

Iuſtamque ſæuitiam, quā Phalaris *in* Perillum, *noui ſæuiſsimiq; tormenti inuentorem, vt primus illud experiretur, exercuit; appellauit* Plinius *li.* 34. *natur hiſt. cap.* 8. *vbi ita* Perillum nemo laudat ſæuiorem Phalaride tyranno, cui taurum fecit, mugitus hominis pollicitus, igne ſubdito, & primus eum expertus eſt cruciatum, iuſtiore ſæuitia: *quod ſæpe refert factū* Ouid. de art. aman. lib. 1.

Et Phalaris tauro violento membra Perilli
Torruit: infælix imbuit autor opus.

Item de Perillo *ad* Phalaridem *inuentionis præmium poſcente, ait.*

Da precor ingenio munera digna meo,
Dixerat. At Phalaris: pœnæ mirande repertor,
Ipſe tuum præſens imbue dixit opus,

Et in Ibid.

Vtque ferox Phalaris (lingua prius enſe reſecta)
More bouis Paphio clauſus in ære gemas.

Et Triſtium li. 5. Eleg. 12.

Vtque dedit iuſtas tauri fabricator aheni:
Sic ego do pœnas, artibus ipſe meis.

Iuſtumque Dei. O. M. in Adonibezech. *impiiſſimū Regem iudicium, Sacra pagina refert,* Iudicum cap. 1. *in hæc verba:* Fugit autem Adonibezech, quē perſecuti cōprehenderunt, cæſis ſummitatibus manuum eius, ac pedum. Dixitque Adonibezech. Septuaginta Reges amputatis manuum, ac pedum ſummitatibus, colligebant ſub menſa mea ciborum reliquias, ſicut feci, ita reddidit mihi Deus, *Et in* Hamam *de quo* Eſter capit. 7. *vbi concludit;* Suſpenſus itaq; eſt Hamam in patibulo, quod parauerat Mardochæo. *Inter quæ non pudet ſapientiſſimi* Senecæ *ponderoſiſſimam, memoriaque digniſſimā ſententiam referre, qui in prooem.*

Digitized by Google

œm. ad decimum librum cõtrouerſ. *ita ait*: Sunt Dij immortales lenti quidem, ſed certi vindices generis humani, & magna exempla in caput inuenientium regerunt; vt iuſtiſsima patiendi vice, quod quiſque alieno excogitauit ſupplicio, ſæpe excipiat ſuo. *Nullamque æquiorem legem eſſe profitetur* Ouid. de arte aman. lib. 1.

Nec enim lex æquior vlla eſt,
Quam necis artifices arte perire ſuat

Multos inde, quibus propriæ leges nocumento fuere, recenſent AElian. var. hiſt. lib. 13. capit. 24. Valer. Maxi *(videndus omnino) lib.* 8. *c.* 6. Quid, æquius excogitari, quid iuſtius poteſt? (*Quintilianus declam.* 12. *ait*) Graſſatus aliquis eſt ferro: præbeat ipſe ceruices. Miſcuit noxium virus: refundatur in ſuum facinus autorẽ. Oculos rapuit, effodit: reddat de ſua cæcitate ſolatiũ.

242 PVPILLVS, *& Eccleſia æquiparantur, notauimus ſupra*, liter. A. numer. 510. cũ duobus, ſeqq.

PVRI, *& purificati par eſt conditio*, l. fin. §. 1. D. de vul. & pupil. ſubſt. Caſt. controuerſ. lib. 5. part. 2. capit. 119. num. 8. 243

Q

QVALIS *vir, talis oratio, & è contra*, l. vnic. C. ſiquis Imperat. maledix, l. His, 12. §. Diuus, D. de tutor & curat. dat. ab. his, l. Apud Labeonem, 7. §. Id Tubero, D. de ſupellect. leg. Bal. in rub. de teſtibus, & atteſtat, num. 2. vbi illud *vulgare refert*: *Loquere, & cognoſcam te*, Tiraquel. in l. Si vnquam verb. Libertis numero 17. & 18. *vbi illud Euangelij adducit*: Loquela tua te manifeſtum facit. Maſcard. de probat. concluſ. 1254. num. 109 Menochi. de præſumptionibus, lib. 1. quæſt. 22. num. 2. *Eleganter Senec. de moribus*: Qualis vir, talis oratio *& epiſt.* 114. Talis hominibus fuit oratio, qualis vita. Quemadmodum autem vniuscuiſq; actio dicenti ſimilis eſt: ſic 1

genus

Digitized by Google

genus dicendi aliquando imitatur publicos mores. Si diſciplina ciuitatis laborauit, & ſe in delicias dedit, argumẽtum eſt luxuriæ publicæ orationis laſciuia ſi modo non in vno, aut in altero fuit ſed approbata eſt, & recepta. Nõ poteſt alius eſſe ingenio, alius animo color, *& ibi.* Itaq; vbicumq; videris orationem corruptam placere, ibi mores quoq; à recto deſciuiſſe, non erit dubium, *& ibi.* Iracundi hominis iracunda oratio eſt: commoti nimis, incitata: delicati, tenera, & efluxa, *& ep.* 115. Oratio, *ait*, vultus animi eſt ſi circuntonſa, & fucata, & manufacta oſtendit illum quoque non eſſe ſincerum, & habere aliquid fracti. *Aliaq; in id iunge ex notatis infra*, lit. V. num. 15.

2 QVALITAS *ſtare non poteſt ſine ſubiecto*, l. 4. §. fin. D. de action. empt. l. fin. D. de coll. bonor. l. Nullam, §. Si abſentis, vbi Ang. D. de pet. hæred. l. Pomponius, §. fin. vbi Aretin. in princ. D. de adquir. poſſ. §. Ideo autem, inſt. de ſeruit. ruſtic. prædior. princip. inſt. de vſufruct. Gomez in l. 17. Tauri. numer. 19. verſ. Primo Surd. conſil. 34. numer. 13. conſil. 246. numer. 6. conſil. 304. num. 3. & conſil. 305. num. 67. Stephan. Gratian. diſcept. forenſ. tom. 4. cap. 700. numer. 49. & tom. 5. cap. 854. numer. 51. Caſt. controuerſ. libr. 5. part. 2. cap. 168. numer. 50. & 51. *plene* Sebaſt. de Medic. de regul. iur. regul. 6. per tot. iũctis *notatis ſupra* lit. A. num. 47. cum duobus ſeq. & liter. N. num. 52.

QVALITAS *facilius datur quam ſubſtantia*, Menoch. conſ. 93. numer. 15. Sur. deciſ. 222. numer. 71. & cõſil. 535. numer. 10. *cum alijs, quos refert* Stephan. Gratian. diſceptat. forenſ. capit. 306. numer. 34. 3

Et facilius præſumitur qualitas, quam ſubſtantia, vt per Surd. de aliment. tit. 8. priuileg. 56. numer. 96. & 97. & conſil. 322. numer. 71. Maſcard. de probat. tom. 3. conclu. 1454. num. 6. 4

Et facilius probatur, quam ſub- 5

ſubſtantia, gloſ. in l. Talis ſcriptura, verb. Vniuerſa, D. de legat. 2. Natt. conſil. 3. nu. 11. conſil. 102. nu. 3. & conſ. 485. num. 11. Cephal. conſil. 170. num. 24. & conſil. 297. numer. 10. Surd. conſ. 168. numer. 7. & conſ. 268. numer. 11. Maſcar. de prob. conclu. 1254. num. 5.

6 QVALITAS *non præſumitur, quia non præſumuntur accidentia*, l. Si vero, §. Qui pro rei qualitate & ibi gloſ. D. qui ſatisd. cog. Menoch. conſ. 1. num. 121. & de præſump. libr. 1. quæſt. 24. num. 53. & libr. 3 præſum. 40. num. 11. Maſcar. de probat. d. tom. 3. concl. 1254. *vbi pleniſſime cũ notatis ſupra*, lit. I. num. 90.

7 *Limita in qualitate naturali, aut quæ naturaliter ineſt, quæ adeſſe præſumitur*, gloſ. in c. Si forte, de elect. in 6. Maſc. d. concl. 1254. num. 86. Menoch. de præſumpt. lib. 2. q. 13. numer. 3. Nos de priuileg. pauper. & miſerab. perſon. p. 1. q. 5. num 27.

8 QVALITAS *rei mutatur, mutatione perſonæ* l. Paulus, *aliás* l. Per procuratorem 90. D. de adquit. hæred. l. fin. in C. de inoffic. teſt. *cũ adductis ſupra*, lit. M. n. 116.

QVALITAS *noua adueniens enti, in diuerſam naturam, & ſpeciem illud reponit*. §. Præterea, inſt. de inutil. ſtipulat. cap. Cum Marthæ. §. Quæſiuiſti, de celebr. miſſar. cap. Statutum, de elect. libr. 6. Hipp. ſingul. 520. *incip.* Qualitas, Menoch. conſ. 35. nu. 13. & de interd. recuper. poſſeſſ. remed. 6. num. 8. Sur. deciſ. 2. & conſil. 179. n. 40. con. 202. n. 8. con. 321. nu. 11. & ſeq. conſ. 362. n. 15. & conſ. 366. nu. 23. Stephan. Gratian. diſcept. forenſ. tom. 5. cap. 854. num. 52. & cap. 936. n. 24. Mãgil. de imputat. q. 176. n. 4. Scacc. de cõmerc. §. 7. gloſ. 5. n. 159. 9

Et qualitas adueniens enti, non mutat ſubſtantiam, ſed naturam, Brun. de augment. in 3. quæſt. princ. num. 7. Car. Tuſch. tom. 1. lit. A. concl. 81. numer. 12. *Mutatione enim qualitatis, rei ſubſtantia non mutatur*, l. Si fundus, §. Si res, D. de pignorib. 10 11

§. Minus, inſtit. de hæred. quæ ab inteſt. defert. Sebaſt. de Medic. de regul. iur. regul. 6. num. 5.

12 QVALITAS *adiuncta verbo, intelligitur ſecundum tempus verbi*, l. In delictis, §. Si extraneus, D. de noxal. actio. l. 1. §. Tutoris, D. quod iuſſu. l. Titius, vbi Bart. D. de teſtam. milit. capit. Si eo tempore, de reſcrip. in 6. *cũ alijs, de quibus per* Mohed. deciſ. 23. num. 1. de præb. Menoch. conſil. 107. numer. 22. & de interdict. recupe. poſſeſ. remed. 16. numer. 23. & de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 82. num. 17. Surd. de alim. tit. 9. quæſt. 13. numer. 5. & conſil. 335. num. 20. conſil. 375. num. 37. & conſil. 455. num. 5. Auend. add. 44. Taur. gloſ. 15. numer. 2. Flamin. de reſig. tom. 1. libr. 1. quæſt. 11. num. 10. Gonçal. ad regul. 8. Cancel. gloſ. 43. numer. 143. Brunor. à Sole in locis commun. verb. Qualitas, num. 23. Cardin. Tuſch. tom. 6. lit. Q. concluſ. 9. Trentacinq. variar. lib. 1. tit. De legitima, reſolut. 2. ſub numer. 7. verſ. Secundo qualitas, Gerard. de priuileg. explic. n. 190. Ioan. Petr. Monet. tract. de diſtribut. quotidian. part. 1. quæſt. 9. numer. 38. Aloyſ. Ricci. in praxi rer. fori Eccleſiaſt. reſolut. 268. num. 2. in 2. edit. Pichard. ad §. Proximus, n. 2. inſtit. de legit. agnator. ſucceſ. Franc. Galganet. in margarit. caſuum conſcient. verb. Qualitas, Stephan. Gratian. diſcept. forenſ. tom. 5. capit. 976. numer. 14. Mangil. de imputat. quæſt. 77. numer. 83. & quæſt. 183. numer. 2. Ouid. de Amic. de iure emphyt. quæſt. 92. num. 5. Nicol. Garz. de Benef. p. 7. cap. 1. num. 58.

Vt tamen axioma hoc verificetur, tempore verbi actu, & non habitu ſolum interuenire qualitas debet, Rota Roman. apud Farinac. deciſ. 496. numer. 2. tom. 2. p. 1. 13

Limita, etiam reſpectu perſonæ, cuius fauore ſæpè qualitas iuncta verbo, nõ intelligitur ſecundum tempus verbi, Menoch. de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 82. num. 18. & conſil. 14

ſil. 227. num. 60. *ponderans, inducenſque in id caſum* text. in cap. vlt. §. Item opponitur, 22. quæſt. 2. & in capit. Raynuntius, de teſtam.

15 Q*VALITAS diſpoſitionis vbi deficit, deficit ipſa diſpoſitio*, gloſ. in l. Mancipia, verb. Auocandum, C. de ſeru. fugit. Fului. Pacian. de prob. lib. 2. cap. 14. numer. 8. Camil. Gallin. libr. 4. de verbor. ſignific. cap. 9. num. 9. Menoch. de præſumpt. lib. 6. quæſt. 15. numer. 47. Mari. Anton. variar. libr. 1. reſolut. 82. numer. 1. Surd. conſil. 400. num. 16. & conſil. 514. num. 8.

16 Q*VALITATES non entis nulla ſunt, diximus ſupra* lit. N. num. 52. & ſeq.

17 Q*VAE ab initio ſunt voluntatis, ex poſtfacto ſunt neceſſitatis*, l. Sicut, C. de action. & obligat. l. In commodato, §. Sicut, D. commod. l. Si quis argentum, §. Cum enim C. de donat. *cum adductis ſupra* lit. C. num. 188.

18 Q*VEM de euictione tenet actio, eundem agentem repelli exceptio, vide ſupra*, lit. E. numer. 91. cum duabus ſeqq.

19 Q*VOD differtur, non auffertur, notauimus ſupra*, liter. D. num. 99.

20 Q*VOD potui, nolui, quod volui, adimplere nequiui*, l. 3. in fin. vbi gloſ. C. de contrah. & commit. ſtipulat. l. Multum intereſt, vbi gloſ. C. Si quis alteri, vel ſibi, capit. Cum ſuper, 23. in fin. de offic. deleg. Surd. conſil. 251. numer. 36. Cardin. Tuſch. lit. B. conclu. 133. num. 1. Honded. conſil. 55. num. 8. lib. 1. Stephan. Gratian. diſcept. forenſ. tom. 5. capit. 809. numer. 12. Achil. de Graſ. decis. 17. in fin. de reſcript. *vbi declarat*, Ouid. de Amic. de iure emphyt. quæſtion. 79. numer. 9. Coſt. de fact. ſcient. & ignor. inſpect. 51. numer. 10. Hierony. Mogon. deciſ. Florent. 2. numero 14.

21 Q*VOD tibi non vis, vel fieri ne facias*, l. Multum intereſt, 6. in fin. C. Si quis alter. vel ſibi. l. Iuſtitia, D. de iuſtit. & iur. i. ſ. illi iuris præcepta, verb. Alterum non lædere,

re, & ibi gloſ. inſtit. eod. tit. & ibi Pichard. num. 20. *vbi quod non læditur alter, ſi id,*
22 *quod nobis fieri nolumus,* † *alteri quoque nō faciamus, per* cap. Placuit. de maiorit. & obed.

23 QVOD *quiſque iuris in alium ſtatuerit, ipſo iure vtatur* l. 1. D. quod quiſq. iuris, Cardin. Tuſch. tom. 6. lit. Q. concl. 49. *Nec poteſt in alio reprobare, quod in ſe approbat,* l. In arenam, C. de inoffic. teſt. *cum adductis ſupra,* lit. M. num. 211.

24 QVOD *ſemel placuit, amplius diſplicere non poteſt,* cap. Quod ſemel, 21. de regul. iur. lib. 6. §. Semel cauſa, inſtit. quib. ex cauſ. manumit. non lic. Cardin. Tuſch. tom. 6. lit. Q concluſ. 48. Thom. de Thomaſet. regul. 266. Ioann. Mar. Nouar. quæſt. forenſ. libr. 1. quæſt. 68. numer. 10. *iunctis notatis ſupr.* lit. A. num. 291.

25 QVOD *in vtilitatem eſt introductum, non debet in odium retorqueri diximus ſupr.* lit. F. num 212.

26 QVOD *alicui gratioſé conceditur, trahi non debet alijs in exemplum,* l. Quoniā, C. de Epiſcop. & Cleric. capit. Quod alicui, de regul. iur. in 6. Thom. de Thomaſet. regul. 256. *vbi procedere ait, quando alicui gratioſé aliquid eſt conceſſum à Principe; ſecus ſi à iure communi ſit conceſſum: Vel intelligit de priuilegio.*

Et quæ á iure communi exor 27
bitant, in conſequentiam trahi non debent, capit. Quæ à iure communi, 28. de regul. iur. libr. 6.

QVOD *de vno denegatur,* 28
de alio conceſſum eſſe videtur, l. Cum prætor, D. de iudic. l. Ait prætor, 7. §. Sed quod Papinianus, D. de minor. capit. Qualis, 25. diſt. capit. Nonne, de præſump.

Et é conuerſo quod de vno 29
conceditur, de alio negatur, l. Maritus, C. de procurat. l. Cum ita, in fin. C. de condit. & demonſtr. d. §. Sed quod Papinianus, d. capit. Nonne, Thom. de Thomaſet. regul. 257. *vbi procedere*
aſſerit † *niſi correctio, vel ab-* 30
ſurdum ſequatur.

QVOD *noſtrum eſt, ſine fa* 31
cto

Digitized by Google

cto noſtro alterius fieri non poteſt, l. Quod noſtrum, D. de regul. iur. Menoch. de præſump. lib. 5. præſumpt. 47. num. 14. Thom. de Thomaſſet, regul. 263. *vbi procedere*
32 *aſſerit*, † *niſi auctoritate legis alterius fiat*.

33 QVOD *quis mandato iudicis facit, dolo facere non videtur*, l. Non videtur, 128. §. Qui iuſſu, D. de reg. iur. cap. Quodquis, 24. eod. tit. lib. 6. Tiraq. de pœn. temp. cauſa, 34. n 4. & cauſa, 35. numer. 1. Grammat. deciſ. 36. num. 81. cum ſeq. Capit. deciſ. 131. Farin. in praxi crim. p. 3. q. 89. numer. 126. & quæſt. 97. num. 109.

34 QVOD *omnes tangit, debet ab omnibus approbari*, l. 1. & l. fin. in fin. C. de auctorit. præſt. l. In concedendo, 8. §. de aqua pluu. arcend. l. Per fundum, 11. D. de ſeruit. ruſtic. præd. c. Quod omnes, 29. de reg. iur. in 6. Ouid. de Amic. de iure emphyt. q. 95. numer. 5.

35 *Limita, & intellige in his, quæ omnes vt ſingulos, & ſpecialiter tangunt: ſecus vt vniuerſos, & in communi, quia tūc maioris partis conſenſus, aut approbatio ſufficit, iuxta textum in* cap. 1. De his, quæ fiunt á maiori parte capit. *Ita* gloſ. Dyn. & communiter DD. in dict. c. Quod omnes tangit. gloſ. 1. in cap. Cum omnes, de conſtit. *vbi* Deci. num. 54 Felin. â num. 15. Duen. regul. 295. Salced. ad Bernard. Diaz, regul. 449. Garc. regul. 95. num. 4. Anton. Gomez variar. tom. 2. capit. 3. numer. 14. Azebed. ad Cur. Piſan. lib. 2. cap. 14. liter. B. Padilla in l. Aquam, num. 3. C. de ſeruit. *nouiſſime (qui poſt hæc ſcripta ad manus meas peruenit)* Auguſt. Barboſ. in collect. add. reg. Quod omnes, num. 2. *per quem* num. ſeq. *alios huic axiomati intellectus vide. Conducuntq́; tradita ſupra* liter. F. numer. 89.

R

RATIO *naturalis vim legis habet*, l. Cum ratio, D. de bon. damnator. l. Scire o- 1

portet, §. Sufficit, D. de excuſat. tut. Cald. Pereir. de empt. & vendit. cap. 1. num. 7. *Et allegari pro lege poteſt,* dict. l. Scire oportet, §. Cōſequens, verſ. Sufficit, D. de excuſat, tutor. cap. Fruſtra, diſt. 8. Surd. de aliment. tit. 1. quæſt. 28. num. 7. *Et vbi ratio naturalis adeſt, legem quæ rere: eſt infirmitas intellectus notauimus* liter. L. numer. 9. *& infra proximè, hac* ead. lit. numer. 26. & 27.

2 RATIO *attenditur magis quam dictum,* l. Cum pater, §. Dulciſsimis, D. de legat. 2. l. Tegula, §. Licet, D. de iu. & fact. ignor. l. Adigere, §. Quamuis, D. de iure patronat. l. Milites prohiben tur, & l. Milites agrum, D. de re milit. l. Nomen, in fin. D de legat. 3. *Quæ in id iura adducit* Gamill. Gallin. de verb. ſignific. lib. 5. capit. 11. num. 2. Brunor à Sole in locis communib. verb. Ratio 2.

3 *Et ratio diſponit de dicto, nō dictum de ratione,* Decian. cōſil. 41. num. 118. ad med. libr. 1. Vincēt. Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 678. num. 5.

Et attenditur magis quam verba Tiraquel. in l. Si vnquam, verb. Libertis, num. 47. C. de reuoc. donat. Menoch. conſil. 998. num. 13. Vincent. Fuſar. dict. tract. quæſt. 480. n. 40. Surd. deciſ. 19. num. 1. *cum notatis infra proximè,* num. 12. & 13. 4

Et omne dictum à ſua ratione regulatur, dict. l. cū pater, §. Dulciſsimis. 5

Per rationemque ampliatur, & limitatur, l. Vnum ex familia, §. fin. D. de legat. 2. d. §. Dulciſsimis, l. Si is qui animo, D. de adquir. poſſeſſ. vbi gloſ. Iaſ. in l. Id quod n. 7. D. de legat. 1. Surd. conſil. 67. num. 20. cum ſeq. Rota Roman. apud Farin. deciſ. 10. num. 2. tom. 1. part. 1. *pleniſsime* Camill. Gallin. de verb. ſignific. dict. lib. 5. capit. 11. num. 4. cum ſeq. & capit. 13. per tot. eod. lib. & cap. 14. & 15. Surd. de alim. tit. 1. quæſt. 44. num. 15. 6

RATIO *exemplis eſt anteponenda,* capit. fin. diſt. 9. *Quia exemplis non eſt iudicandum, ſed legibus, vt ſupra dictū eſt.* 7

Digitized by Google

eſt, lit. E. num. 106.

8 RATIO *eſt anima legis*, l. Cum ratio, D. de bonis damnator. Ioan. Frãc. Leo, in Theſaur. fori Eccleſiaſt p. 2. cap. 9. num. 136. Barthol. Pere. ad extrauag. Ambitioſæ, de reb. Eccleſ. non alien. in initio text. num. 41. Camil. Gallin. de verb. ſignific. lib. 5, cap. 11. num. 2. Ioan. Mari. Nouar. quæſt. forenſ. libr. 1. quæſt. 144. numero 12.

Et ſine ratione non eſt lex, capit. Conſuetudo, diſt. 1. c. Erit autem lex, 4. diſt. *cum adductis* lit. L. n. 42. & ſeq.

9 *Pro ratione autem legis, ſola eius voluntas reputatur*, §. Furtiuæ, inſtit. de vſucap. gloſ. ordin. in l. 1. §. Initiũ, verb. Ratus, D. de poſtul. l. Quia poterat. D. ad S. C. Trebel. §. Sed quod Principi, inſtit. de iure natur. gent. & ciuil. gloſ. fin. in l. Filio pater, D. de legat. 1. *plene* Anguian. de legib. lib. 1. controuerſ. 4. per tot. *Inde vulgatum illud*:

Sic volo, ſic iubeo, ſit pro ratione voluntas.

10 *Et qualiter, & in quo ratio, voluntas, & intellectus differant*, *tradit* Mari. Giurb. in conſuetud. Senat. Meſſan. cap. 6. gloſ. 7. num. 2.

ET RATIO *legis vbi militat, ibi lex loquitur, diſponit, ipſamque regulat legem*, Cardin. Tuſch. tom. 6. litet. R. concluſion. 31. & 32. 11

RATIO *legis magis, quam diſpoſitio attenditur, verbiſque præfertur*, Surd. deciſ. 19. numer. 1. *cum adductis* ſupra proximé, num. 4. 12

Proprietatique verborum præualet, & ab ea facit recedere, Bald. (pe illum text.) in l. Si ſeruus legatus, §. Quicumque, D. de legat. 1. *notabile dicit* Vincent. Carot. ſingul. 649. 13

RATIO *vbi eſt eadem, debet eſſe eadem iuris diſpoſitio*, l. Illud, D. ad leg. Aquil. l. Si poſtulauerit, §. 2. D. ad leg. Iul. de adulter. l. Quidam nummularios, D. de edend. l. Nauta, §. fin. D. de naut. caup. & ſtabul. l. A Titio, D. de verb. obligat. l. Illud, C. de Sacroſ. Eccleſ. §. Pari ratione, inſtit. quib. mod. ius patr. poteſt. ſoluit. iun- 14

Ee 2 cto,

ęto, §. Si igitur,] inſt. quod cum eo, Thom. de Thomaſet regul. 299. Surd. conſ. 301. num. 19. & deciſ. 52. num. 10. Trentacinq. variar. libr. 1. tit. de ſtatut. reſolut. 1. ſub nu. 2. §. 1. Farinac. in praxi crimin. p. 7. in fragm. lit. E. n. 51. cum ſeqq. Cæſar Argel. de contradict. legit. q. 10. n. 115. Portol. in tract. de conſortib. & fideicom. legal. c. 5. n. 14. Vgolin. de offic. & poteſt. Epiſco. cap. 13. §. 27. nu. 1. verſ. Quid igitur, & c. 49. §. 4. num. 2. *alios referẽs* Giurb. in conſuetud. Senat. Meſſan. capit. 6. gloſ. 1. numer. 13.

15 *Limita in ſtatutis iuris correctorijs*, Portol. dict. tractat capit. 6. num. 15.

16 *Et vbi eſt eadem ratio, eandem dici legem adeſſe, non extenſiue, ſed comprehenſiue* (ex text. in dict. l. Illud, C. de Sacroſ. Eccleſ. l. His ſolis. verſ. Satis etiam caute putamus, C. de reuoc. donat. l. Item veniunt. §. Ait ſenatus, D. de petit. hæredit. & Tiraq. *plura adducente* in l. Si vnquã verb. Libertis, num. 45. & 46. C. de reuoc. donat.) *reſoluit* Gonçal. ad regul. 8. Cancel. §. 7. proœm. num. 105. Rebuf. in comment. ad tit. D. de verb. ſignif. ad l. In lege cenſoria, 203. §. Itemque de ſeruis, verſ. Colligitur ex hoc tex pagin. mihi 647. Surd. deciſ. 276. nu. 8. Gutier. (*cum multis per eum adductis*) practic. lib. 3. quæſt. 17. nu. 84. cum ſequent. Giurb. dict. capit. 6. gloſ. 1. num. 13. & c. 9. gloſ. 8. num. 3. Stephan. Gratian. diſcept. forenſ. tom. 5. cap. 918. n. 66.

Amplia etiam in lege pœnali, vt ex Villagut. *tradit* Lara de capellan. lib. 1. cap. 5. n. 24. Cardoſ. in praxi iudic. & aduocator. verb. Lex, num. 24. & verb. Pœna, num. 25. *optime* P. Rebel. de oblig. iuſtit. p. 1. lib. 1. quæſt. 6. ſect. 4. num. 20. Mari. Anton. variar. lib. 3. reſolut. 39. numer. 1. Menoch. de præſumpt. libr. 5. præſumpt. 33. numer. 18. 17

Et vbi diuerſa ratio reddi non poteſt, diuerſum ius induci non debet, l. 3. §. 1. D. de iniuſt. rupto. irrit. que fact. teſtam. 18

l.

leg. A Titio, 108, D. de verb. oblig.

19 *Diuerſitas autem rationis, diuerſitatem iuris inducit*, l. Inter ſtipulantem, §. Sacram. D. de verb. oblig. l. fin. D. de ritu nupt.

Et vbi diuerſa eſt ratio, diuerſa quoque debet eſſe diſpoſitio, l. Si ita, D. de manum. teſtam. l. Si ſeruus, D. de ſtat. liber. Deci. cõſil. 394. n. 3. Sur. conſil. 67. numer. 19.

20 RATIO *Eadem eſt de parte, quoad partem, quæ de toto, quoad totum, notauimus ſupra*, liter. I. num. 143.

21 RATIO *non poteſt reddi omnium, quæ à maioribus conſtituta ſunt*, l. Non omnium, 20. & l. ſequent. D. de legib. Anguian. de legib. lib. 1. cõcontrouerſ. 4. numer. 2. & 3. Ioann. Mangil. de imputat. quæſt. 69. numer. 45. Steph. Gratian. diſcept. forenſ. tom. 5. capit. 810. num. 15.

22 RATIO *maior excludit minorem, notauimus ſupra*, liter. M. numer. 2. *& rationes duæ vincunt vnam*, capit. Cauſam quæ, de re iudic. §. Si vero, inſtit. de adopt. Auth. Ceſſante, C. de legit. hæred. Bald. conſil. 188. (*incip.* In ſubſtitutione) libr. 1. *per quem, & per* Cardin. Tuſch. liter. R. concluſ. 34. *limita, & intellige.*

RATIO *ſumma eſt, quæ pro Religione facit, notatur* infra proximé, num. 61. 23

RATIONE *quod caret, in ciuile dicitur*, Ludouic. Rodolphin. variar. quæſt. libr. 2. quæſtion. 46. numero 2. 24

RATIONE *legis ceſſante, eius diſpoſitio ceſſat, diximus ſupra* lit. L. num. 22. 25

RATIONEM *quærere, vbi habemus ſenſum, eſt infirmitas intellectus*, Bald. conſ 360. (incip. Quia quæſtio iſta) numer. 3. lib. 3. Scacc. de commerc. §. 7. gloſ. 2. nu. 35. *vbi, quod ſic pariter, vbi rationem naturalem habemus* † *legem poſitiuam quærere, ſuperfluum eſt, ex* cap. Conſuetudo, diſt. 1. & Rebuf. ibi relato. 26 27

Et vbi de intellectu legis poſitiuæ dubitatur; ad rationem naturalem recurrendum eſt, idem ipſe Scacc. dict. tract. §. 1. q. 28

Digitized by Google

7. par. 2. ampliat. 19. num. 15. confirm. 2.

29 RADIX *infecta arborem, & fructum inficit*, Ioan. Anton, Mangil. de imputationib. quæſt. 67. num. 15. *Peccatumque in capite, membra etiam inficit*, Ioſeph. de Seſſ. deciſ. 99. num. 4.

30 *Et excluſa radice, excluditur omne, quod ab ea dependet*, Paul. Caſtrenſ. in l. Illam, 19. C. de collat. numer. 8. in fin. & num. 9.

31 RATIHABITIO *retrotrahitur, & mandato comparatur*, cap. Ratihabitionem, 10. de regul. iur. lib. 6, cap. fin. de iure iur. eod. lib. l. Semper qui non prohibet, 60. (vbi Decianus) D. de regul. iur. l. Licet, D. de iudic. l. Bonorum, D. rem rat. haber. l. fin. C. ad S. C. Macedon. l. Si pecuniam, C. de negot. geſt. Rota Roman. deciſ. 132 num. 23. p. 9. in nouiſ. Gail. obſeruat. 47. in fin. lib. 1. Rota Genuenſ. deciſ. 92. numer. 2. *plene* Coſt. de retrotract. caſu, 4. cap. 8. & caſu, 28. cap. 8. num. 2. Cardin. Tuſch. lit. R. conclu. 21. Alexan. Trentac. var. reſolut. lib. 2. tit. De procurator, reſolut. 9. num. 1. Camil. Borrel. in ſum. deciſ. tit. 66. numer. 239. part. 1. Stephan. Gratian. diſcept. forenſ. tom. 4. cap. 704. num. 24. & 25. & cap. 706. num. 9. & 10. & tom. 5. capit. 926. nu. 19.

Amplia etiam in requirentibus ſpeciale mandatum, probatur in l. Quod ſi de ſpeciali, D. de minor. in l. vlt. §. 1. vbi Deci. 2. notab. D. quod quiſque iur. in capit. 1. de homic. in 6. & in cap. fin. de iure iur. eod. lib. Alex. conſil. 78. num. 19. lib. 5. Rimin. Iun. conſil. 203. num. 51. & 52. Tiraquel. de retract. con ſang. §. 1. gloſ. 10. numer. 61. Stephan. Gratian. dict. cap. 704. num. 25. Trentacinq. dict. reſolut. 9. numer. 2. Tuſch. d. conclu. 20. numer. 5. Surd. conſil. 60. num. 14. & deciſ. 231. num. 11. 32

Amplia deinde, etiam in delictis, cap. Cum ad ſedem, de reſtit. Spoliat. l. 1. §. Deieciſſe, verſ. Sed etſi cum quis D. de vi, & vi armat. *De qua ampliatione, intellectibus, & limi-* 33

limitationibus, plene Alexan. Trentacinq. d. loco, numero 3.

34 *Limita ne in praeiudicium tertij procedat, quo caſu ratihabitio non retrotrahitur, argum.* l. Si patrem, § fin. D. quemadmod. ſeruit. amit. Alex. d. conſ. 78. num. 20. Felin. in cap. Sicut tuis, verſ. Septimo fallit, de ſimon. Trentacinq. d. reſolut. 9. numer. 5. Natt. conſ. 315. num. 2. & conſ. 504. num. 20. Becci. conſ. 66. num. 25. Surd. deciſ. 245. num. 8. Oſaſc. dec. Pedamont. 119. numer. 23. Stephan. Gratian. diſcept. forenſ. tom. 5. cap. 957. num. 18. Coſta d. cap. 8. caſu, 4. numer. 14. *vbi limitat*, numer. 15.

35 *Limita 2. quando tempore, quo fit ratificatio, potuit actus per ratificantem geri, aliàs ſecus*, dict. l. Bonorum, D. rem rat. haber. l. 1. in princip. D. de appellat. recept. Alexan. Trentacinq. dict. libr. 2. tit. de procurator. reſolut. 9. numer. 6. *& hac de re videndus* Deci. *late declarans* in d. l. Semper qui non prohibet, numer. 13.

Limita 3. & intellige, in actu valido, ſecus in nullo, quia ratificari non poteſt, quod nullum eſt, Bart. in l. Quod obſeruare, oppoſit. 1. D. de offic. Proconſ. Alex. d. conſ. 78. num. 24. lib. 5. Deci. in dict. l. Semper, 60. numer. 16. Trentacinq. dict. reſolut. 9. num. 8. Natt. conſil. 262. numer. 10. Oſaſc. d. deciſ. 119. num. 26. Surd. dict. deciſ. 245. numer. 5. vſque ad 13. & conſil. 183. num. 34. & 35, Cardin. Tuſch. liter. R. concluſ. 24. Coſta dict. cap. 8. caſu, 4. num. 16. 36

Limita. & intellige 4. quãdo res eſt integra, aliter ſecus, Alex. dict. conſ. 78. numer. 23. Trenc. repetito loco, numer. 7. Cardin. Tuſch. dict. lit. R. concluſ. 21. numer. 23. Polydor. Rip. obſeruat. 124. num. 1. & per. tot. obſeruat. *vbi plenè de huius aſſertionis veritate, & intellectu. Pluribus alijs modis limita, per ſupra relatos, præcipuè* Trentac. & Tuſch. *qui ad longum eas proſequuntur citatis locis.* 37

R ATVM *quis habere non* 38

teſt quod ipſius nomine non eſt geſtum, capit. Ratum, 9. de reg. iur. libr. 6. capit. Cum quis, de ſentent. excommun. eod. lib. cap. Cum ad ſedem de reſtit. Spoliat. l. Si pupilli, §. Sed ſi ego, D. de negot. geſt. l. Si ſeruus, D. de precar. Deci. in l. Semper qui nō prohibet, 60. n. 11. Sur. conſ. 9 num. 52. Decian. conſ. 36. num. 21. vol. 1. conſ. 60. n. 16. vol. 2. conſil. 88. num. 20 lib. 3. Borrel. conſ. 64. n. 13. Menoch. conſ. 12. n. 21. Trētac. variar. reſolut. lib. 2. reſolut. 9. n. 10. Card. Tuſch. lit. R concl. 10. Giurb. in cōſuetud. Senat. Meſſan. capit. 9. gloſ. 5. num. 44.

Limita in praiudicium ratū habentis, l. Si fundus, §. 1. D. de pign. l. Mater (vbi gloſ. & Bald.) C. de rei uendic. *cum multis apud* Tiraquel. de retract. conſang. §. 1. gloſ. 9. numer. 255. Trentac. d. loco, Caualc. deciſ. 19. numer. 4. p. 4 Oſac. deciſ. 138. num. 18. Turret. conſ. 52. numer. 14. *refert* Giurb. d. gloſ. 5. n. 44. p. 1. Surd. conſil. 83. nu. 14. Tuſch. d. concluſ. 10. num. 10.

REBVS *& non verbis legē ponimus, diximus ſup.* lit. L. num. 33. 40

RECVSATIO, *& appellatio à pari procedunt, notauimus ſupra*, lit. A. num. 520. & ſeq. 41

REDDITVM *non videtur, quod deterius redditur*, l. 3 §. Si reddita, D. commod. l. 1. §. Si res, D. depoſit. Menoch. conſil. 13. num. 2. Mari. Giurb. in conſuetud. Senat. Meſſan. cap. 15. gloſ. 4. p. 1. num. 1. *vbi limitat*, † *niſi aestimatio damni ſimul offeratur, ex* l. Qui ſibi, §. Stichū, & ibi Bart. num. 2. D. de ſolut. & Barzi deciſ. 84. n. 11. 42 43

REGNVM *non capit duos*, l. fin. D. de rer. diuiſ. cap. Licet, extra de vot. & vot redempt. Ioan. Anton. Mangil. de imputation. quaeſt. 82. nu. 9. Senec. Agamemn. actu, 2. 44

Nec regna ſocium ferre, nec tedae ſciunt.

Et in Thyeſt. act. 2.

Non capit Regnum duos.

Vnde Lucan. belli. ciuil. li. 1.

Nulla fides Regni ſocijs: omniſ

Digitized by Google

niſque poteſtas
Impatiens conſortis erit.

Et ibid. paulo inferius.

Quæ mare, quæ terras, quæ
totum poſsidet Orbem
Non cepit Fortuna duos.

REX, *vide infra* hac liter. numer. 120.

45 REGRESSVS *non datur actiones ſuas remittentibus*, *diximus* lit. A. num. 78.

46 REGVLAE *in dubio inhærẽdum eſt, donec exceptio, vel limitatio probetur*, l. Illud C. de Sacroſ. Eccleſ. l. vlt. C. de hæred. inſtit. l. Apud antiquos, C. de furt. l. Ab ea parte, D. de probat. cap. 2. de coniug. leproſ. gloſ. in rubr. de regul. iur. lib. 6. Menoch conſ. 88. n. 51. & conſil. 187. n. 25. & de recuper. poſſeſſ. remed. 14. num. 32. Surd. deciſ. 255. num. 2. & deciſ. 322. num. 40. cum ſeq. & conſil. 356. num. 18. Cardin. Mantic. de coniectur. vltim. volunt. lib. 5. tit. 15. num. 31. Couar. variar. lib. 2. cap 11. num. 4. Cald. Pereir. de extinct. emphyt. capit. 2. num. 26. Gonçal. ad regul. 8. Cancel. gloſ. 8. n. 70. cum ſeq. Brunor à Sole in locis commun. verb. Regula, Ioan. Petr. Monet. in tract. de diſtribut. quotid. p. 1. q. 9. nu. 56. & part. 2. q. 10. num. 25. Aloyſ. Ricci. deciſ. cur. Archiepiſc. Neapol. 107. n. 2. & deciſ. 138. n. 1. p. 2. Ioan. Mar. Nouar. q. forenſ. lib. 1. q. 109 num. 4. Franc. Viui. deciſ. 67. nu. 15. Vincent. Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 402. numero 19.

Et qui regulæ contradicit, aſſertionem ſuam expreſſe probare debet, dict. l. Ab ea parte, D. de probat. c. Ad decimas de reſtit. Spoliat. Viui. dict. loco, Bertazo. in repet. leg. Si quis maior, C. de tranſact. num. 603. & 604. *Rationem reddens: quia tenaces ſunt regulæ iuris, à quibus recedendum non eſt, niſi contrarium expreſſe reperiatur in iure*, Viui. dict. deciſ. 67. num. 14.

Et qui habet regulam pro ſe 47
intentionem ſuam fundatam habet, & ab onere probandi releuatur, Gutier. de iuram. confirmat. p. 1, cap. 1. n. 64. & practic. lib. 3. q. 4. num. 13. & q. 76. num. 8. Bernard. Græu. ad

pract.

Digitized by Google

praſt. Camer. Imperial. lib. 1. concluſ, 36. conſid. 1. Cardin. Tuſch. tom. 6. liter. R. conclu. 94. Mari. Antonin. variar. lib. 2, reſolut. 59. caſu, 12. Maſcard. de probat. concluſ. 1261.

48 *Et ſecundum regulam ſemper eſt pronuntiandum*, Mendez à Caſtro in praxi Luſit. lib. 3. cap. 15. num. 9. Ioan Mar. Nouar. quæſt. forenſ. lib. 1. dict. quæſt. 109. numer. 5.

49 REI *ſua quilibet eſt moderator, & arbiter*, l. In re mandata, C. mandat. l. In traditionibus, D. de pact. Rota Roman. apud Farin. deciſ. 105. num. 6. tom. 1. p. 1. Mencha quæſt. illuſtr. capit. 28. numer. 15. Mari. Anton. variar. lib. 2. reſolut. 45. num. 6. P. Molin. de iuſtit. & iure tract. 3. diſpu. 1. concluſ. 1. Eſcobar de ratiocin. capit. 9. numer. 50. Cardin. Tuſch. tom. 2. liter. D. concluſ. 486. & tom. 6. lit. R. concluſ. 122. Aloyſ. Ricci. in praxi rer. for. Eccleſiaſt. reſolut. 149. numer. 2. in 2. edit. Stephan. Gratian. diſcept. forenſ. tom. 4. capit. 769. numer. 78. Thomas de Thomaſet. regul. 98. & regul. 147. Mangil. de imputat. q. 50. numer. 24. & 26 Aurel. Corbul. de iure emphyt. capit. 15. ampliat. 27. numer. 2. & ſequent. *pluribus axioma hoc exornans.*

Amplia etiam ad diſsipandũ, & in mari proÿciendum, l. Sed ſi lege, §. Conſuluit, D. de petit. hæredit. *quem dicit ſingularem (alijs relatis)* Vincent Carot. ſingul. 457. Menoch. de præſum. lib. 4. præſumpt. 83. num. 8. 50

Vnde traditione rei ſuæ poteſt quis apponere legem, quam velit, dict. l. In traditionibus, l. Si quid poſſeſſorem, §. Sic autem, & l. Sed & ſi lege, §. Conſuluit, D. de petit. hæredit. l. Legem, C. de pact. l. Legem, C. de donat. *cum alijs de quibus per* Surd de alim. tit. 8. priuil. 56. numer. 93. & titul. 9. quæſt. 18. numer. 13. & 14. & deciſ. 62. num. 61. Cald. Pereir. de poteſt. eligend. capit. 16. numer. 6. & de extinct. emphyt. cap. 3. numer. 11. Cabed. part. 2. 51

Digitized by Google

deciſ. 31. in princip. Bouadill. in ſua polit. lib. 3. cap. 4. num. 63. Stephan. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 175. num. 5. & tom. 4. cap. 671. num. 2. & cap. 769. numer. 4. Cened. pract. quæſt. 35.

52 *Limita axioma, fauore publico, propter quod male vti re ſua domino non permittitur*, §. Sed & maior, inſtit. de his qui ſui, vel alieni iur. ſunt.

53 *Vel niſi lex aliquo caſu reſiſtat*, Thomas de Thomaſet. dict. regul. 447. *vbi etiam limitat, & intelligit, dummodo alterius conditionem deteriorem quis non faciat. In præiudi-*
54 *cium enim tertij, † re propria abuti, licet nemini*, Menoch. conſil. 226. numer. 50. & 51. & de præſumpt. dict. libr. 4. præſumpt. 83. numer. 8. Ioan. Mar. Nouar. quæſt. foreſ. lib. 1. quæſt. 63. num. 8.

55 REI *partes fauorabiliores ſunt partibus actoris*, l. fauorabiliores, D. de regul. iur l. Matrem, C. de probat. capit. Ex parte, de reſcript. Menoch. de præſumpt. libr. 1. præſumpt. 90. num. 1. Thom. de Thomaſet, reg. 120. *vbi procedere dicit in fine † litis,* 56
quia in principio magis fauendum aſſerit actori; quod repetit regul. 270. *Ita etiam limitant* Menoch. de præſumpt. d. lib. 2. præſumpt. 90. numer. 18. Gail. practic. obſeruat. lib. 1. obſeruat. 31. num. 9. Buccar. de differ. inter iudic. ciuil. & crimin. differ. 164. numer. 5. & ſeqq. *quibus limitationem hanc declarat. Firmauit regulã* Senec. *Epiſtolar. lib. 11. Epiſtol.* 83. Quemadmodum, *ait*, reus ſententijs paribus abſoluitur, & ſemper quidquid dubium eſt, humanitas inclinat in melius.

RELATVM *eſt in referente cum omnibus ſuis qualitatibus*, l. Aſſe toto, D. de hæredit. inſtit. l. Si ita ſcripſero, D. de condition. & demonſtration. l. Ait Prætor, §. 1. D. de re iudic. Menoch. conſil. 1. numer. 83. Surd. deciſ. 212. num. 4. & deciſ. 291. numer. 17. & 18. & conſ. 361. numer. 8. Gutierr. conſ. 18. num. 56. cum ſeqq. Tiraq. de legib. connub. gloſ. 7. num. 187. Cald. Perey. de poteſt. elig. cap. 16. numer. 17. & 33. 57

33. Bouad. in politic. lib. 1. c. 4. nume. 22. Steph. Gratian. diſceptation. foré. tom. 3. c. 501. num. 16. & 17. Ceuall. commun. contra commun. tomo 4 q. 905. num. 13. & 14. Brunor á Sole in locis commun. verb. Relatio, 5. Benedict. AEgid. in repet. l. Ex hoc iure, D. de iuſt. & iur. part. 1. c. 8. nume. 91. verſ. Nihilominus, Cæſar Argel. de contradict. legit. q. 10. num. 87. Ioſeph. de Seſſ. Aragon. dec. 115. num. 74. Card. Tuſ. tom. 6. lit. R. conclu. 129. Mantic. Rot. Roman. deciſ. 137. num 6. Campan. in diuerſor. iur. Canon. rubr. 12. c. 7. num. 27. prope fin. Mari. Anton. Variar. lib. 1. reſolut. 59. caſu 16. Rota Roman. apud. Farinac. deciſ. 35. num. 6, tom. 1. part. 1. & deciſ. 187. num. 7. ibid. & deciſ. 457. numer. 2. Scacc. de commerc. §. 7. glo. 3. numer. 28. Oſual. in Donel. libr. 27. cap. 6. liter. M. & liter. N. Vincent. Carot. de excuſat. bonor. part. 7. q. 17. num. 11. *pleniſsimè* Sebaſt. de Medic. de regul. iur. regul. 10. per tot.

Amplia vt vere, proprié, & naturaliter, non per fictionem relatum ſit in referente, Bal. conſil. 212. volum. 5. *cuius dictum ſingulare affirmat* Vincent. Carotius ſingul. 302. *& multis alijs relatis* Sebaſtian. dè Med. d. regul. 10. num. 7. 58

RELATIO *reſtringitur, & limitatur ad illud, quod in relato continetur, & non amplius*, Ioſeph. de Seſ. Aragon. deciſ. 125. n. 41. & deciſ. 187. num. 110. 59

REFERENTI *non creditur, niſi conſtet de relato*, d. l. Aſſe toto. auth. ſiquis, C. de eden. Sur. con. 5 num. 57. Mar. Anton. variar. li. 1. reſolut. 38. num. 5. & reſolut. 64. num. 7. & lib. 2. reſolution. 8. numer. 12. Stephan. Gratian. diſceptat. foren. tomo 4. c. 693. numer. 2. & 5. Sebaſt. de Medic. regul. 10. num. 3. *per quem plures videre licet ampliationes, limitationes, & intellectus*. 60

RELIGIONI *fauendum eſt, & ſumma eſt ratio, quæ pro Religione facit*, l. Sunt perſo- 61

perſonæ 43. in fin. D. de Relig. & ſumpt. funer. Menoch. de præſumpt. lib. 6. præſump. 84. numer. 11. *iunctis traditis per* Steph. Gratian. diſceptat. forenſ. tom. 5. capit. 977. num. 22.

62 REMEDIVM *ordinarium vbi datur, non conceditur extraordinarium,* l. Quædam in princ. (*ibi:* Quia id conſequi &c.) D. de eden. l. Cum fine, 11. C. de Carb. edict. l. In cauſæ. 17. D. de minor *reſoluunt* Zazi, lib. 1. reſp. c. 20. Alphan. collect. 795. Men. de recup. poſſeſ. remed. 15. nu. 12. Mauri. de in integr. reſtitut. cap. 11. Sfort, eo d. tract. par. 1. q. 17. Cald. Pereyr. in l. Si curatorē, verb. Per. quod priſtinum, numer. 16. & verb. Implorare, num. 9. C. de integ. reſtitut. minor, Morla in empor. iur. p. 1. titul. 5. quæſt. 3. num. 2. Chriſtoph, de Paz in ſchol. ad leg. Stilli, l. 171. num. 1. Petr. Barboſ. in l. Quia tale numer. 63. D. ſolut. matrim. Cardin. Tuſch. tom. 5. lit. O. conclu. 182. Menochi. præſump. 190. n. 37. lib. 4.

Intellige ſi remedium extraordinarium vtilius non ſit ordinario, ſecus ſi vtilius, aut pinguius ordinario ſit, DD. in l. In prouinciali, D. de noui oper, nūciat. Zazi num. 20. Maurit. 7. Sfort. 33. Morla 12. in dictis locis, Tiraq. in l. Si vnquam verb. Libertis, n. 114. C. de reuo. donat. Cald. in d. l. Si curatorē, verb. Læſis, nu. 11, Pinel. in l. 2. C. de reſcin, vendit. p. 3. c. 1, n. 19. 63

REMEDIO *nouo indigent, quæ de nouo emergunt, vide ſupra,* lit. E. num. 38. 64

RENVNCIANTI *iuri ſuo non datur regreſſus, diximus ſupra* lit. A, n. 78. 65

RENVNCIARE *iuri, vel fauori ſuo, quilibet poteſt, notatur ſupra,* lit. F. n. 118. & liter. I. numer. 170.

RENVNCIARE *iuri de futuro non poteſt,* l. Non poteſt, D. de re iudic. l. Si is qui, vbi Doct. de adquir. hær. l. ſi ita ſcriptum. §. Si ſub cō ditione, D. de legat. 2. Car. Tuſch. lit. R. concluſ. 172. 66

Nec iuri quod quis ſibi competere ignorabat, renunciare præſumitur, notauimus ſupra, liter. I. 67

l. num. 182.

68 RENVNCIATIO *expreſſa, ad ignorata non trahitur*, l. Mater decedens, in princip. D. de inoffic. teſt. l. Cum Aquiliana, D. de tranſact. l. Ex maleficijs, §. Longe minus, D. de action. & oblig. Tiraq. in l. Si vnquam, in præfation. numer. 97. & 99.

69 *Amplia etiam in dubitante, vt nec ad ea, de quibus quis dubitat an ſibi competant, renunciatio trahatur*, l. final. §. Sed quærebatur, C. de furt. Bal. in l. Leges ſacratiſsimæ, numer. 2. C. de legibus, & in l. Sciendum, numer. 33. D. de verb. obligat. in l. 3. §. Genera, numer. 17. D. de adqui. ren. poſſeſſ. in l. Qui aliena, §. Is qui putabat, numer. 8. D. de adquiren. hære. & in l. Nec is, §. Hæres inſtitutus, num. 10. D. eod. tit. Tiraq. *alio iura in id expendens*, d. loco, numer. 99. Vincent. Carot. ſingul. 183. verſ. Ampliatur, *vbi duobus verſic. ſeqq. dupliciter id limitat.*

70 *Primo, in dubitante, qui de facili potuit certiorari, ob quod non excuſatur*, ex gloſ. in l. Locus, 26. verb. Mei iuris, D. de adquir. poſſeſſ. gloſ. in l. Regula, §. Sed & facti, verb. Diligenter inquirendo, D. de iur. & fact. ignor. & Iaſ. ad l. Si per errorem, numer. 16. D. de iuriſ. omni iudic.

Secundo, in dubitante de qualitate perſonæ, cui non parcitur, cum inquirere debuiſſet, ex Iaſ. in l. Quandiu, numer. 7. C. qui admit. Deci in l. Qui cũ alio, num. 3. D. de reg. iur. 71
Licet limitationem hanc idem Dec. *cum alijs à Caroti.* ibid. *relatis reijciat, cum nec ignorantia hoc in caſu excuſet, ex* dict. l. Qui cum alio, *iunctis notatis à Nobis ſupra* lit. C. num. 202. & ſeqq.

REO *fauendum in dubio eſt potius, quam actori*, capit. Cum ſunt partium, *de regul. iuris libr. 6. & notamus* hac ead. liter. num. 55. & ſeqq. 72

REPROBARE *nõ poſſum in alio, quod in me approbo, notauimus ſupra* liter. M. numer. 111. 73

REPROBARI *non poteſt ſemel approbatum, diximus ſupra* liter. A. num. 291. 74

RE-

Digitized by Google

75 REPROBATIO *vnius ex duobus propoſitis, approbationem alterius, videtur includere:* leg. Tribunus, §. final. D. de teſtament. milit. vbi Bal. capit. Nonne: extr. de præſumpt. Surd. deciſ. 195. numer. 3 Pet. Barboſ. ad l. Cũ Prætor in princip. numer. 37. & 53. cum ſeqq. D. de iudic.

76 RES *tranſit cum ſuo onere ad quẽcumque vadat,* l. Is cui nouum, 23. vbi *late* Iaſ. numer. 6. D. de noui oper. nunciat, l. Si conuenerit, 18. §. Si fundus, D. de pignorat. act. l. 1. C. de diſtr. pignor. l. Iulianus, l. Caius, vbi Bartol. D. de manumiſſ. teſtam. l. Pomponius, §. 1. D. de adquiren. poſſeſſ. l. fin. §. final D. de contrah. empt. l. Via conſtitui, §. ſi fundus, D. de ſeruit. ruſtic. præd. capit. Si quis laicus, & ibi gloſſ. 16. q. 1, capit. Ex literis, de pignor capit. Paſtoralis, de decim. l. 8. tit. 31. part. 3. ordin. Reg. Luſit. lib. 4. titul. 3. in princip̃. Bellacomb, tom. 1. cõmun. opin. lib. 3. tit. commun. ſeruitut. num. 67. Menoch. conſ. 2. num. 31. cõſ. 36. num. 11. & conſil. 80. n. 79. Cabed. deciſ. 52. num. 1. par. 2. Barboſ. in l. Poſt dotem, numer. 5. D. ſolut. matrimon. Cald. Pereir. de extrinct. emphyt. cap. 3. numer. 33. & de empt. cap. 10. nu. 10. & cap. 27. numer. vltim. Cardin. Tuſch. tom. 5. liter. O. conclu. 145. Ioan. Fran. Leo in Theſaur. fori Eccleſiaſt. part. 2. cap. 15. numer. 41. Aloyſ. Ricci. in praxi rer. for. Eccleſiaſt. reſolut. 529. numer. 6. in 2. editit. Ioan. Mar. Bellet. diſquiſit. Clerical. part. 1. tit. de exẽptionibus Clericor. & eor un. bonor. & muner. public. §. 3. num. 2. pagin. 357. & tit. de cleric. debitore, §. 8. numer. 6. pag. 444. Stephan. Gratian. diſcept. forenſ. tom. 4. cap. 705. num. 11. Mangil. de imputat. quæſt. 106. numer. 4.

Amplia etiãſi in ſingularem ſucceſſorem res tranſeat, l. Cum fundo, D. de ſeruit. ruſtic, præd. l. 3. C. de ſeruitut. d. l. 8. titul. 31. p. 3. Bellet. d. §. 8. num. 7. cum alijs expro xime citatis. 77

Et

78 *Et etiam ſi in priuilegiatum res tranſeat, vt in Eccleſiam,* Dueñ. regul. 100. numero 14. Crauet. conſil. 217. num. 5. *quos cum alijs citat,* Bellet. d. §. 8. num. 8. *vel in fiſcum vt per* Menoch. conſil. 75. n. 63. *latiſsime* Tiraq. de retract. conſang. §. 1. gloſ. 9. num. 112. & gloſ. 10. numer. 13. *quos adducit* idem Bell. d. §. 8. num. 9.

79 *Limita, & intellige axioma in onere reali, non vero in perſonali,* d. l. vltim. C. de contrah. empt. l. Eum cui, C. de action. & oblig. l. Cogi, §. Vnde quæritur, D. ad Trebelli. l. vltim. C. de hæredit. action. d. l. Cum. fundo, & ibi Bald. D. de ſeruit. ruſt. præd. *notat* Bellacomb. d. numer. 67. Cald. in l. Si curatorem, verb. Sua facilitate, numer. 80. C. de in integ. reſtit. minor.

80 *Limita etiam in onere temporali, quod finito tempore conſtituto, finitur,* l. Pecoris, & ibi gloſ. D. de ſeruit. ruſtic. prædior. l. 1. D. de vſufruct. legat. d. l. 8 titul. 31. part. 3. verſ. Fueras ende.

RES vna, & eadem diuerſo iure cenſeri non debet, *vide ſupra,* lit. I. num. 159. cũ duobus ſeq. 81

RES *per quaſcunque cauſas naſcitur, per eaſdem diſſoluitur,* cap. Omnis 27. quæſt. 2. cap. Omnis res, de regul. iur. in antiquit. Narbon. de appellat. à Vicar. ad Epiſcop. p. 1. numer. 95. Valaſc. conſult. 130. num. 17. *iunctis ſupra traditis* lit. N. num. 10. 82

Vnde eadem in reuocatione actus, quæ in confectione ipſius requiritur ſolemnitas, Dueñ. regul. 187. verſ. 18. Cal. Per. de poteſt. eligen. capit. 7. numer. 13. 83

Facileque res omnis ad ſuam naturam reuertitur, l. Si vnus 27. §. Pactus, & §. ſeq. D. de pact. Menoch. de præſumpt. lib. 2. præſump. 16. num. 21. Mang. de imput. quæſt. 45. nu. 12. Gregor. Lopez in l. 5. tit. 11. part. 4. gloſ. 3. poſt princip. *Inde* Senec. *de tranquilit. anim, cap.* 11. *ait.* Reuerti vnde veneris quid graue eſt? 84

RES *ſua nemini ſeruire poteſt,* l. ſi rem alienam, la 2. 85

D.

Digitized by Google

D. de pign. act. l. in re communi, D. de ſeruit. vrba. prædi, l. Vtiſrui, D. ſi vſusfruct. pet. Surd. de aliment. tit. 8. priuil. 49. num. 7. & deciſ. 76. num. 2. Scac. de cõmerc. §. 2. gloſ. 5. nu. 89. inſpect. 1. Stephan. Gratian. diſceptation. forenſ. tom. 5. cap. 876. n. 10. Ouid. de Amic. de iure emphyt. quæſt. 15. n. 3. verſ Secundò, *qui* nu. 9. ibid. *limitat, & intelligit, quando ſoi aliter,*
26 *† & ſimpliciter res eſt ſua, plero que dominio, aliter ſecus.*

87 RES *iudicata pro veritate habetur: facitq́, rem notoriam, & de albo nigrum:* l. Si non ſortem; §. Heredi. D. de cõdit. indebit. l. Cum putarẽ, D. de fam. herciſ. l. Ingenuum. D. de ſtat. homin. l. Res iudicata, D. de reg. iur. L. 1. C. quando prouocar. non eſt neceſſ. DD. in capit. ſuborta, de re iudic. Maſc. de probat. concl. 1296. à nu. 14. cum ſeq. Surd. deciſ. 170. n. 15. & deciſ. 289. num. 1. & conſil. 91. num. 2. & conſ. 106. numer. 13. Brunorâ Sole in locis commun. verb. ſententia, 48. Farin. in praxi crimin. q. 21. nu. 35. Anton. Monach. Florent. deciſ. 35. num. 1. & nu. 24. & 25. Cardin. Tuſch. tom. 6, lit. R. concluſ. 267. Mari. Anton. variarum, lib. 1. reſolut. 76. num. 2. & reſolution. 94. num. 11.

Et ſententia, quæ tranſiuit 88
in rem iudicatam iuſtè lata præſumitur, l. Herennius 63. §. Cæ ia, D. de euiction. capit. In præſentia, de renunciat. Alciat. de præſumpt. regul. 3. præſump. 9. num. 2. Anton. Gabriel. commun. concluſ. libr. 2, titul. de ſentent. conclu. 6. numer. 1. Gamm. deciſ. 110. numer. 5. Cald. Pereyr. de empt. cap. 34. num. 40. Rota Roman. apud Farinac. deciſ. 94. num. 1. tom. 1. part. 1. Mari. Anton. d. lib. 1. reſolut. 50. numer. 30 & reſolut. 71. numer. 4. & libr. 3. reſolut. 13. numer. 1. Menoch. de præſumpt. libr. 2. præſumpt. 67. numer. 22. *qui* numero ſequentib. *multipliciter ampliat,* † *In ſen-* 89
tentiis nempe excommunicationis : In ſententia etiam quæ deinde fuerit retractata : In

Ff *ſen-*

ſententia lata ex cauſa partim vera, partim falſa. In ſententia iudicis alioqui indiſcreto, & improbo. Item pendente etiã termino ad appellandum. Quinimo & poſt appellationem. Licet in hoc vltimo cõtrouerſiam referat ibid. à num. 36. cum ſeqq. notauimusque ſupra liter. I. numer. 131.

90 *Et facit ius quoad omnes*, l. Si ſeruus, §. Si hæreditatis, verſ. Et cum ius, D. de leg. 1. Rot. Roman. apud Farin. decif. 78. numer. 1. tomo 1. part. 1.

Vimq; conſuetudinis, & legis habet, Anton. decif. 174. num. 10.

92 *Et pro re iudicata præſumptionem eſſe iuris, & de iure firmauit, alijs adductis*, Menoch. de præſumpt. lib. 1. quæſt. 61. num. 4. & d. lib. 2. præſumpt. 67. num. 48. *Qui* num. ſeqq. *limitat multipliciter*.

93 *Limita primo axioma in ſententia in criminali cauſa lata, quæ in rem iudicatam non tranſit*, Mend. à Caſt. in praxi Luſit. lib. 2. cap. 9. n. 7. in fini.

94 *Intellige ſi grauamen ſucceſſiuum contineat, vt in condemnatione ad carceres, triremes, vel etiam exilium: tale enim grauamen ſemper dicitur eſſe in fieri, & conſequenter ſemper infra tempora appellationis condemnatus eſſe putatur*, *Quæ fuit originalis* Speculatoris *doctrina* in tit. de appel. §. Reſtat, num. 6. *& poſt eum* Iaſ. in l. Error. num. 8. C. de iuris, & facti ign. & in l. Prætor ait, §. Aliquando, num. 9. D. de noui oper. nunciat. Lancell. de attent. cap. 12. limit. 50. num. 131. & ſeq. Farin. fragmen. crimin. p. 1. lit. A. n. 236. Sebaſt. Guazin. de defen. reor. defen. 36. cap. 1. n. 5. Scacc. de appel. q. 12. num. 144. cũ ſeq. vbi *pleniſſime exẽplificãs, amplians, & reſtringens*.

Secus ſi ſententia grauamen non contineat ſucceſſiuum, ſed momentaneum, tunc enim ſententia etiam in criminali cauſa lata (ſi intra tempora à iure ad appellandum conſtituta, non fuerit interpoſita appellatio) in rem iudicatam tranſit, text. in l. Addictos 7. in fin. C. de Epiſ. aud & in l. Addictos, 29. C. de appel. & conſul. Scac. de iudic. lib. 1. c. 97. n. 129. & ſeq. *&* 95

ex

Digitized by Google

expreſsius de appel.q.12,n. 2. ad fin. & nu. 142. in fin. verſ Amplia 24.

Licet in contrarium argumẽtetur, ibid. n. 271. *Veriorem tamen primã ſententiã dicit, neque aliam admittendã in praxi, etiam in tertio pro criminaliter condemnato poſt appellationis tẽpora appellante,*

96 *Limita ſecundo, in ſententia lata in cauſa matrimoniali quæ etiam in rem iudicatã non tranſit*, c.Lator. de re iudic. Vezin. tom. 2. cõmun. opin. lib 7. tit. 14. n. 178. Ioach. Beuſt. tract. de matrim. c, 39. Hieronym. à Laurent. Aueni on. dec. 70. num. 3. P. Sanchez de matrimon. lib 7. diſput. 100. Couar. de ſponſal. part. 2. cap. 8. §. 12. Bernar. Græuè ad pract. Camer. Imper. libr. 1. concluſ. 112. Cardoſ. in praxi iudic. & aduoc. verb. ſententia num. 85. Brunor à Sole eod. verb. numer. 28. Sigiſmun. Scacc. de appellat. quæſt. 17. limit. 34. numer. 6. Mari Antonin. d. lib. 1, reſolution. 93. numero 7. & 8.

97 *Quamuis per iuramentum fuerit deciſa*, Seraphin. de priuileg. iuram. priuileg. 102. num. 8. limit. 1.

Limita tertio, in ſentẽtia excommunicationis, Sanchez dict. diſput. 100. numer. 11. Scacc. d. tract. de appellat. quæſt. 12. num. 150. Menoch. de præſumpt. d. libr. 2. præſumpt. 167. num. 23. 98

Limita quarto, in ſententia nulla, quæ in rem iudicatam nõ tranſit, Magon. deciſ. Lucenſ. 62. numer. 15. & deciſ. 98. num. 5. Pute deciſ. 374. & 389. numer. 3. p. 2. Surd. conſ. 61. num. 53. Vanti. de nullit. in rubr. Quoties, & infra quod tempus & numer, 8. Azeb. in l, 2. numer. 23. tit. 17. libr. 4. nouæ. Reg. collection. Cald. Pereir. quæſt. forenſ. lib. 2. quæſtion. 37. à princip. Mari Antonin. variar. dict. lib. 1. reſolution. 77 numer. 14. & reſolut. 109. numer. 3. & 4. Menoch. d. præſumpt. 67. numer. 49. & ſeqq. *vbi late quando de nullitate conſtare, vel apparere dicatur.* 99

Nec talis ſententia exceptionem rei iudicatæ parit, l. 4. §.

Digitized by Google

Condemnatum, D. de re iudic. Rebuf. tom. 1. ad leg. Gall. titul. de ſentent. execution. art. vlt. numer. 4. pag. mihi 256. Tiraq. de retract. lignag. §. 1. gloſſ. 2, à numer. 5.

100 *Cum ſententia nulla, non ſit ſententia*, l. vnic. C. de ſent. ex breuiloqui. recit. Clement. Paſtoralis, §. Vt igitur de re iudic. Tiraquel. in l. Boues, §. Hoc ſermone, limit. 1. numer. 9. D. de verb. ſignific.

101 *Limita denique, in ſententia notorie iniuſta, quæ pariter in rem non tranſit iudicatam*, Sur. deciſion. 260. numer. 30. & conſil. 61. numer. 24. *quem cum alijs citat* Mari Antonin. d. lib. 1. reſolut. 57. num. 4.

102 *Iniuſtitia enim notoria, notoriæ nullitati æquiparatur, ex citatis per eundem* Mari. Anton. d. lib. 1. reſolut. 77. numer. 13.

103 RES *alienabilis ſemel facta, ſemper remanet alienabilis, notauimus ſupra*, liter. A. numer. 215.

104 RES *inter alios acta, alijs nocere non debet*, l. De vno quoq; & l. ſæpe conſtitutum eſt, D. de re iudic. l. Nam & poſtea, in fin. D. de iure iur. l. Quia non debet, D. eod. l. Lutius, D. de his qui not. infam. l. Modeſtinus reſpondit, D. de excep. l. Claudius, D. qui potior in pig. habe. l. ſi peritor, D. de iud. l. Si vnus §. Pacta, in fin. D. de pactis, l. 1. *cum multis alijs*, D. de except. rei iudic. l. Res inter alios acta, D. de regul. iur. tot tit. C. res inter alios acta, l. Optimam, C. de contrah. empt. c. Inter dilectos extr. de fide inſtrum. c. Veniës de tráſact. c. ſuper eo, de offic. deleg. l. 20. tit. 22. p. 3 vbi gl. 1. Ordin. Reg. Luſit. libr 3. tit. 81. in princip. *Exornant* Tiraq. in ſpeciali tractat. res inter alios acta, Menoch. cöſil. 28. num. 28. & de retin. poſſeſſ. remed. 3. num. 571. Maſcar. de probat. concl. 394. numer. 29. & concluſ. 1243. & concluſ. 1267. numer. 2. Thom. de Thomaſſet. regul. 273. Hieronym. à Laurent. deciſion. Auenion. 82. nu. 1. Mari. Anton. variar. libr. 1. reſo-

Digitized by Google

reſol. 106. fol. .1. numer. 7. Mencha. quæſt. vſufreq. c. 23. numer. 13. cum ſeqq. Couar. practic. c. 13. num. 4. & cap. 14. num. 15. & 16. Surd. cóſ. 577. num. 25. Cardoſ. in praxi iudic. & aduocator. verb. Exceptio num. 21. & verb. Res, num. 25. cum duobus ſeq. & verb. ſententia n. 67. Brunor. à Sole in locis commu. verb. Res, 11. Cardin. Tuſch. tom. 6. liter. R. conclu. 264 cum ſeq. Cæſar Arg. de contradict. legit. quæſt. 7. num. 80. & quæſt. 10. nu. 164. & quæſt. 2. num. 114. Stephan. Gratian. diſceptation. forenſ. tomo 4. cap. 736. nu. 5. Ouid. de Amic. de iure emphyt. quæſt. 91. num. 5. Scacc. de commerc. §. 7. gl. 5. num. 88. verſ. ſed hic, & verſ. Confirmatur 3. *Vbi & quando praiudicet. Ampliationesq; & limitationes à relatis collige, &* à Sebaſtian. de Med. de regul. iur. regul. 8. *vbi plene hac re.*

105 R*ES ſuccedit loco pretij in vniuerſalibus*, l. ſi ex ea pecunia, C. de rei ven. l. ſi eũ ſeruũ, D. ſi cert. pet. l. Vxor marito, D. de donat. inter vir. & vxor. Alex. conſ. 124. num. 10 & 11. lib. 4. Tiraq. de retract. §. 32. gloſ. 1. à num. 43. Tuſch. lit. P. conclu. 490. num. 4. & 31. Magon. deciſ. Floren. 9. numer. 34. Molin. de primog. lib. 4. cap. 4. nu. 27. & ſeqq. Coſta de remed. ſubſid. remed. 61 num. 1. Sur. deciſ. 15. num 19. & per tot. & deciſ. 306. nu. 5 *refert (cum multis alijs)* Giurb. in conſuetud. Senat. Meſſan. cap. 11. gloſ. 3. nu. 10. & 11. *Vbi amplias.*

Contrarium tamẽ conſtituit axioma: Rem etiam in vniuerſalibus loco pretij non ſuccedere ex text. in l. ſed & ſi lege, §. 1. vbi Bar. id expreſſe notat. Caſtrenſ. & Bal. D. de petit. hæredit. & in d. l. ſi cũ ſeruum verſ. ſed quid é contra, D. ſi cert. pet. Bal. Cin. & Alberic. in l. Mater, C. de rei ven. Tiraq. de retract. cõ ſanguin. §. 32. gloſ. vnic. numer. 25. Molin. d. loco, n. 25. Caualcan. deciſion. 44. numero 126. part. 1. Cald. de renouat. emphyt. quæſtion. 3. numero 16. An- 106

tonin. Fauc. errore 9. & 10. Cæſar Manent. deciſ. 33. numer. 6. *cum multis alijs)* Ioan. Dominic. Gait. de credito, cap. 4. quæſt. 11. numer. 1389.

107 *Priorem tamen regulam, & approbat, & extendit* ibid. numer. 1437. ad fin. & numer. ſeqq. *vt licet partes nihil declarent, ex diſpoſitione tamen legis in vniuerſalibus ſubrogatio rei in locum pretij facta cenſeatur, vt poſt alios probantem refert,* Barboſ. in rubr. D. ſolut. matrimon. 3. part. numer. 74. verſ. Quin imo.

Ampliat etiam num. 1439. *hancque ipſam extenſionem in praxi procedere firmat, receptoremq́, dicit, quidquid de iure verius aliter ſuppoſuiſſet,* ſupra num. 1384. *adducitque in id* Gratian. diſcept. forenſ. tom. 4. cap. 624. numer. 9. & ſeqq.

108 RESOLVTO *iure dantis reſoluitur & ius accipientis* l. Lex vectigali, 31. D. de pignorib. l. ſi ex duobus, §. 1. D. de in diem adiect. vbi Bart. Alberic. & Salic. *hanc regulam conſtituunt,* cap. Nuper: de donat. inter vir. & vxor. Gomez variar. tom. 2. capit. 3. num. 8. in fin. dec. Pedam. 156. num. 12. Mari. Anton. variar. lib. 1. cap. 95. numer. 11. Bertazol. de clauſul. inſtrum. clauſul. 15. gloſſ. 2. num. 16. Petr. Barboſ. in l. Quia tale num. 86. ad fin. D. ſolut. matrimon. Ioann. Anton. Mangil. de imputat. quæſt. 85. num. 3. Cardin. Tuſch. tom. 6. liter. R. conclu. 272. *Vbi intelligit* 109
in his, quæ dependentiam ſucceſſiuam habent, non in his, quæ in ipſo inſtanti radicantur, perfectionemque recipiunt.

Limita & intellige alijs modis, vt per Pinel. in l. 1. C. de bon. mater. 3. p. num. 72. 110

RESPONDERE *non videtur, qui ad interrogata nō reſpondet,* l. De ætate, §. Quod autem, D. de interrogat. action. Alciat. lib. 2. diſpun. capit. 10. 111

Ex reſponſione enim qualis fuerit interrogatio colligitur, l. deſeſor, §. Qui interrogatus, D. de interrogat. action. §. Præterea inſt. de inut. ſtipulat. Natt. conſil. 98. num. 22. 112

Me-

Menoch. con. 47. & conſil. 53. *quos adducit* Mari. Antonin. variar lib. 3. reſolut. 44 numer. 5. verſic. Tum quia non.

113 *Et ſecundum interrogationẽ reſponſio lata præſumitur*, d. §. Præterea, *Facit* l. Hæredes palam, 21. §. In teſtamentis, D. de teſtam. *Ita* Menoch. de præſump. libr. 2. præſumpt. 74. num. 2, Benuenut. Strach. in annotat. ad conſ. Crauet. conſil. 172. num. 1.

114 *Et ſtipulationi vel petitioni conformis præſumitur*, l. Titia, §. 1. D. de verbor. obligat. d. §. Præterea, idem Menoch. 1. libr. 2. præſumption. 29. num. 3. *qui* ibid. numer. 6. *procedere intelligit, in reſpõſione ſimplici ſecus in ea, quæ determinatè facta fuit, quæ interrogationi conformis facta non præſumitur.*

115 *Declarat etiam, & intelligit* numer. 8. *procedere, quoad id ſuper quo principaliter facta interrogatio eſt, non autem quoad accidentia.*

116 **R**ESPONDERE *obſcure, & non reſpondere, paria ſunt notauimus ſupra* liter. O. numer. 7.

RESPVBLICA, *& minor æquiparantur, diximus ſupra*, liter. A. numer. 513. & 514. 117

RESTITVI *ſpoliatus ante omnia, qualibetque exceptione poſtpoſita, debet* l. ſi quis ad ſe fundum, 7. C. ad leg. Iul. de vi public. l. 1. C. ſi per vim, vel alio mod. l. 1. D. de vi, & vi arm. cap. In literis 5. capit. Cum quis, 6. capit. Conquerente 7. capit, ſæpe 18. *extra* de reſtitution. ſpoliat. cap. 1. 3. quæſt. 1. c. 2. & pert. 2. quæſt. 2. Menoch. de recuper. poſſeſſ. remed. 1. num. 12. *late* Anton. Gabr. commun. conclu. tit. de reſt. ſpoliat. conclu. 1. Cardin. Tuſch. liter. S. conclu. 185. *Cum multis alijs, quos adducimus* Nos de priuileg. pauper. & miſerab. perſonar. p. 1. quæſt. 46. numer. 1. vbi numer. ſeqq. *multiplicitur hoc ampliamus axioma, limitamusq́;* numer, 10. † *in paupere ſpoliatore, vt videre eſt.* 118

119

Limita etiam quando obijcitur exceptio, iuris prohibentis ſpoliatum poſsidere, Antonin. 120

Digitized by Google

Gab. vbi ſupra limit. 7. nu. 66. & ſeq. Menoch. de recup. poſſeſ. remed. 15. q. 34. nu. 433. & ſeqq. *quos cum alijs, refert, & ſequitur* Iacob. Beret. conſ. 21. num. 3.

121 *Limita 3. quando de iure cõmuni iniuſtæ poſſeſſionis contra agentem ad illius recuperationẽ fundata præſumptio eſt,* capit. Ad decimas, de reſtitut. ſpoliat. Gabriel. d. conclu. 1. n. 107. limit. 14. Iacob. Berett. vbi proxime, numer. 6. *quem pleniſsimé hac de re toto conſilio agentem vide. Limitationes quæ alias à* Gabriele, Cardin. Tuſch. Menoch. relatis locis poſt Alexand. & Rip. in l. Naturaliter, §. Nihil commune, D. de adquiren. poſſeſſ. *mutua.*

122 RETENTIO *facilius conceditur quam actio, vel petitio,* l. Per retentionem, C. de vſur. l. 2. C. de fideicommiſ. l. Patre furioſo, D. de his qui ſunt ſui, vel alien. iur, l. Pluribus, D. de verbor. obligation. Rolan. conſil. 17. numer. 4. libr. 4. Crauet. conſil. 148. numer. 2. conſil. 789. numer. 7. Surd. de aliment. titul. 8. priuileg. 28. numer. 3. & priuileg. 76. numer. 12. & deciſion. 277. numer. 13. Cardin. Tuſch. liter. R. conclu. 306. Coſta de remed. ſubſidiar. remed. 12. numer. 7. Stephan. Gratian. diſcept. forenſ. diſcept. 408. numer. 70. & diſcep. 470. numer. 12. *refert (cum alijs multis)* Giurb. in conſuetud. Senat. Meſſan. cap. 10. gloſſ 7. numer. 6. & 7. part. 1. & deciſ. 60. num. 5. Mangil. de imput. quæſt. 43. numer. 8. Caſtil. controuerſ. lib. 5. p. 2. cap. 164. numer. 6. Graſ. excep. 16. num. 17. Cald. Per de renouat. emphyt. quæſt. 7. numer. 28. verſ. Pro hoc. & de poteſtat. elig. c. 10. n. 27.

REVERSVS *breui, receſsiſſe non videtur* l. Quidquid calore, 48. D. de regul. l. Plerique, 33. D. de ritu. nupt. §. Pauonum, inſt. de rer diuiſ. Farin. in pract. crimin. tom. 1. tit. 4. quæſt. 30. nu. 70. & 71. *iunctis notatis* ſupra lit. A. num. 6. 123

REX *eſt quilibet in domo ſua* cap. Duo iſta, 3. *in ordine,* 23. q. 4. *per quem ita notant* 124

lo-

Ioan. Andr. & Abb. in cap. Venerabilem, de elect. ſuper gloſ. verb. Germanos, Corſet. de Regia excellentia, q. 23. num. 24. Gomez. in cap 1. de conſtit. lib. 6. num. 33. *relati à* Molin. de Hiſpanor. primog. lib. 1. cap. 1. nu. 22. verſ. Nec improprium.

125 RIGORI *æquitas præferenda eſt, notauimus ſupra* liter. A. num. 281.

126 ROMA *communis eſt patria*, l. Roma, 33. D. ad municipit. l. Si duas, 6. §. Romæ, D. de excuſat. tutor. l. fin. D. de interdict. & relegat. l. Eos qui, 9. D. de vacat. muner. *Inde* Rutil. *de Roma*:

Feciſti patriam diuerſis gentibus vnam
Profuit iniuſtis, te dominante, capi.
Dumque offers victis proprij conſortia iuris,
Vrbem feciſti, quæ prius Orbis erat.

Et totius Orbis ciuitatem vocauit Sidonius *Romam* Card. Tuſch. lit. R. conclu 366. *Multa hac de re pulchraque inferens, & diſputans* Barboſ. ad l. 2. §. Legatis, à numer. 10. cum ſequentib. *vbi & quid hodie.*

RVBRICA *perfecta vim legis habet, proq; lege poteſt allegari*, Curt. Iun. conſil. 5. num. 15. Alex. conſil. 190. num. 5. libr. 2. Euerard. in topic. legal. loco à rubro ad nigrum *plenè* Maſcard. de probat. concl. 1290. num. 1. & ſequent. Menoch. conſ. 2. n. 25. & de præſumpt. libr. 6. præſumpt. num. 16. Cardin Tuſch. lit. R. tom. 7. concl. 370. num. 4. *à quibus limitationes, & intellectus repetere licet, cum notatis ſupra* liter. A. num. 522. & ſequent. 127

S

SANGVINEM *elicit, qui nimis emũgit notauimus ſupra*, lit. E. num. 40. 1

SCIENTIA *& patientia ſuperiorum iuſtificatur omnis actus, dictum eſt ſupra*, lit. A. num. 170. 2

SCIRE *quilibet præſumitur, quod publice ſcitur*, Tiraq. de retract. lign. §. 35. gl. 4. 3

Digitized by Google

4. num. 33. Menoch. de præſump. lib. 6. præſump. 23. numer. 68. & duobus ſequent. & de recuper. poſſeſſ. remed. 16. numer. 34. Ioan. Grac. de nobilit. gloſ. 4. numero 27.

Vox namque, aut fama publica inducit ſcientiam, Ioſeph. Ludouic. deciſ. Peruſin. 103. num. 12. *plene* Maſcard. de probat. conclu. 1100. num. 2, Menoch. d. præſumpt. 23 num. 70. & de arbitr. libr. 2. caſu, 186. numer. 8. *quos adducit* Ioan. Petr. Monet. in tract. de optione, capit. 6. quæſt. 4. num. 29.

4 SCIRE, *& ſcire debere, paria ſunt*, l. Quod te, in fin. vbi gloſ. D. ſi cert. pet. l. Si duo, D. de adquir. hæred. l. Qui fundum, §. Seruus, D. pro emptor. Tiraquel. de retract. lignag. ad fin. tit. numer. 43. Surd. deciſ. 150. numer. 23. & conſ. 150. num. 23. Stephan. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 194. numer. 1. Decian. conſil. 76. num. 60. lib. 4 Plaça in epitom. de lictor. cap. 39. ſub num. 18. Andr. Gayl. obſeruat. 48, nu. 16. in fin. libr. 2. Viui. opinion. 835. num. 17. Cardin. Tuſch. liter. S. concluſ. 64. numer. 40. Ioann. Baptiſt. Coſta de facti ſcient. & ignor. inſpect. 65. *vbi declarat conclu* 5
ſionem procedere † in his quæ iuris ſunt, non quæ facti, quem ſequitur Farinac. fragm. criminal. part. 1. lit. I. numer. 163.

ET † SCIRE, *vel ſcire poſſe*, 6
paria quoque ſunt, l. pen. D. ad Macedon. l. Bonorum, in fin. D. de bonor. poſſeſſ. l. Si duo, in fin. D. de adquir. hæred. cap. fin. extr. de clandeſt. deſponſat. gloſ. in l. fin. D. de decret. ab Ordin. faciend. & in cap. 2. de tempor. ordinat. in ſexto, Hierony. Buttigell. ad d. l. Quod te, numer. 9. D. ſi cert. pet. Pinell. in auth. Niſi, num. 60. C. de bon. matern. Decian. conſil. 18. num. 154. Honded. conſil. 61 numer. 16. libr. 1. Viui. opini. 835. num. 17. Polydor. Rip. in tract. de tempor. nocturn. cap. 5. numer. 17. Ioan. Baptiſt. Coſt. d. inſpect. 65. numer. 7. Farinac. liter. I. fragment. crimin.

Digitized by Google

min. num. 164.

ET SCIRE *& negligere ſcire, paria quoque ſunt*, Sigiſmund. Scacc. de appellat. quæſt. 12. num. 10.

7 SCIRE *vel probabiliter ſuſpicari poſſe, & debere, paria ſunt*, l. Si quis domum, 9 §. 1. D. locat. l. 3. §. vlt. & l. 4. D. quod vi aut clam. Anton. Fauer. in ſuo codic. definit. lib. 9. tit. 13. definit. 7. numer. 2.

8 SCRIPTVRAE, *vel priuilegij tenor inſpiciendus, & attendendus eſt*, cap. Porró, 7. capit. Recepimus, de priuil. capit. Conſiderauimus, 10. de elect. cap. vlt. de translat. prælat. Tiraquel. in l. ſi vnquam, verb. Libertis, num. 8. C. de reuoc. donat. Surd. conſil. 1. à numer. 31. *Niſi de contraria contrahentium, aut priuilegium concedentis mente conſtaret*, capit. Quanto, 26. vbi gloſ. verb. Sola de priuil. P. Sanchez de matrimon. libr. 8. diſput. 1. num. 11. *cum notatis ſupra*, verb. Mens.

9 SENTENTIA *quæ in rem iudicatam tranſiuit, pro veritate habetur, vide ſupra liter.* [illegible]

R. num. 87. & ſequent.

SENTENTIA *Senatus facit ius quoad ſimiles cauſas, notauimus ſupra*, liter. I. numer. 127 10

SENTENTIA *contra ſententiam, nulla eſt*, l. 1. C. quādo prouoc. non eſt neceſſ. Vincent. Carot. ſingul. 144. *vbi ampliat, vt nec de partium conſenſu † valeat, ex* gloſ. ſingul. in l. Per diuerſas, C. de tranſact. Bald. in cap. In præſentia, num. 11. de teſtib. Alex. conſil. 95. num. 30. vol. 2. Rebuf. ad l. Quod iuſsit. num. 150. D. de re iudic. *& alijs; vbi tamen idipſum intelligit* Carot. ibid. *verum, ſi partes vellent iudicialiter ferri, † ſine libello, litis conteſtatione, & ſimilibus: ſecus ſi partes conſentirent, vt ſeruato iuris ordine contra primā iudicaretur.* 11 12 13

Item procedere declarat axioma, in puris terminis ſimplicis, & nudi conſenſus; ſecus ſi vltra conſenſum ad aliquam executionem facti deueniatur; quia tunc ſecunda ſententia ſic approbata, valebit, ex gloſ. *(quam notabilem, & ſingularem dicit) in* l. Si pars aduerſa, C. de 14

tran-

tranſact. vbi Bald. numer. 3. & Iaſ. numer. 5. verſ. Nota tamen diligenter.

Vnde tria eſſe concludit conſentire ſimpliciter, Renunciare expreſſe: & conſentiendo deuenire ad aliquam facti executionem. Primumque non ſufficere; ſecundum, & tertium ſic.

15 SENTENTIA *debet eſſe cõformis libello*, l. Vt fundus, D. commun. diuid. cap. Licet Heli, de ſimon. Cardin. Tuſch. lit. S. concluſ. 135. *vbi plene late etiã* Camil. Borrel. in ſum. deciſ. 1, p. titul. 49. de libello, & illius oblatione, num. 127 & ſeq. Vanti. de nullit. ex defect. proceſ. numer. 97. Ioann Baptiſt. Aſin. in practic. ciuil. in princip. cap. 3. numer. 30. Cæſar Barzi deciſ. Bono. 33. numer. 9. Hieronym. Gabr. conſil. 47. numer. 19. vol. 1. Caſtill. controuerſ. lib. 5. p. 2. cap. 104. num. 32.

16 *Amplia, vt ſententia dicatur conformis libello, ſi feratur ſuper eo, quod libello tacite, aut virtualiter continetur, non etiam expreſſe: vt ſi ad rei reſtitutionem poſtulatio fiat: iudexque etiam ad fructus condemnauerit,* Anton. Butr. in cap. Grauis, de reſtit. ſpoliat. per l. A Ediles, §. Item ſciendum, D. de ædilit. edict. Guid. Pap. deciſ. 405. per tot. Nicol. Boer. deciſion. 18. per tot. Capell. Tholoſ. deciſ. 195. & ibi Addit. numer. 2. Ioann. Copus de fruct. lib. 4. tit. 2. capit. vnic. Anton. Capit. deciſ. 20. num. 24. Magon. deciſ. Lucenſ. 53. numer. 18. Minſin. obſeruat. 55. obſeruat. 4. Camil. Borrel. d. tit. 49. numer. 128 & 129.

Idemque dicunt in intereſſe vſuris, & expenſis, Guid. Pap. d. deciſ. 405. ex l. Vſuræ, 84. D. de vſus, & fruct. Minſing d. obſeruat. 55. numer. 2. *cũ alijs proxime relatis.* 17

Item pro Eccleſia etiam non conformis libello ſententia ferri poteſt, Marc. Anton. Genuenſ. in practicab. Eccleſiaſt. quæſt 454. *vbi idem dicit* † *quando de intereſſe publico agitur, vel quando ex officio ad priuatum partis commodum procedere iudex poteſt.* 18 19

Et in cauſis ſummarijs, tenet Thom. Grammat. deciſ. 19. 20

num

numer. 11. *& cum multis relatis* Camil. Borrel. d. titul. 49. num. 130.

21 *Ita pariter quando iudex ex clauſula:* Sola veritate inſpecta *procedit, ſuper probato, licet non deducto pronuntiare poteſt,* Alex. in l. Si ita ſtipulatus, §. Chriſogonus, num. 8. D. de verbor. oblig. Deci. in cap. Dilecti, num. 3. D. de iudic Crauet. conſil. 198. nu. 7. & conſil. 210. n 8. Grammat. deciſ. 15. nu. 3. & deciſ. 16. n. 5. & 6. Menoch. de arbitrar. lib. 1. quæſt. 31. Benint. deciſ. 44. Magon. deciſ. Lucẽſ. 53. num. 8. Anna. alleg 48. num. 14. & ſingul. 312. *Quare & in Principe id à fortiori dicunt.*

22 SENTENTIA *nulla, ſententia non eſt, diximus ſupra* lit. R. num. 100.

23 SEPARATIS *non fit illatio notauimus ſupra* lit. I. numer. 18.

24 SEPARATORVM *ſeparata debet eſſe ratio,* l. Papinianus, D. de minor. l. fin. D. de calumniat. Bal. in l. Cum neceſsitatẽ, C. de fideicomm. Decian. in tract. crim. lib. 1. c. 7. n. 4. tom. 1. Pariſ. conſil. 101. nu. 38. volu. 1. *quos adducit* Mari. Anton. variar. lib. 1. reſolut. 111. n. 4. Ouid. de Amic. de iure emphyt. q. 42. num. 9.

SEQVENTIA *declarãt præcedẽtia,* l. Si ſeruus pluriũ, 50. §. fin. D. de legat. 1. *cum citatis ſupra,* lit. P. nu. 127. & infra lit. V. num. 83. 25

Ampliat etiam ſi præcedentia ſint meræ præfationes, l. vlt. D. de hæred. inſtit. l. Titia, 134 §. Idẽ, D. de verb. oblig. Dionyſ. Gothofr. in d. l. Si ſeruus pluriũ, §. fin. lit N. 26

Vnde clauſula ſequens refertur, & trahitur regulariter ad omnia præcedentia, probat text. in l. fin. vbi Bart. D. de reb. dub. cap. Secundo requiris, 41. de appellat. Gabr. tom. 3 cõmun. opin. lib. 6. tit. De clauſulis, concl. 9. Gonçal. ad regul. 8. Cancel. gloſ. 32. nu. 30. *nouiſsime* Rota Roman apud Farin. deciſ. 105. num. 4. tom. 2. part. 1. 27

SERMO *ſimpliciter prolatus intelligitur de prima voce,* l. Boues, §. Hoc ſermone *(vbi pleniſsime* Tiraq.) D. de verb. ſig. 28

ſignific. l. Cum pater, 79. §. Pater, 1. D. de legat. 2. Frāc. Galet. in margarit. caſuum conſcient. verb. Sermo, *cum alijs ſupra citatis*, lit. D. num 123. & ſeq.

29 SERMO *eſt imago animi*, Ariſt. in Rhetor. ad Alex. cap. De ſpecie laudandi, *quem cum alijs citat* Menoch. de præſumpt, lib. 1. quæſt. 22 numer. 2. *& diximus ſupra*, lit. Q. num. 1.

30 SERVI *quo ad ius ciuile pro nullis habentur*, l. Quod attinet. D. de reg. iur. l. 1. D. de iur deliber.

Et quidquid adquirunt, dominis adquirunt, notauimus ſupra, lit. A. num. 532.

31 SERVITVS *mortalitati comparatur*, l. Seruitutē, 209. D. de reg. iur. l. Interdicit, 59. in fin. D. de condit. & demonſtr. l. Cum hic ſtatus, 32. §. Si donator. D. de donat. inter vir. & vxor.

32 *Et ſeruitutis ſpecies famulatus eſt, notauimus ſupra*, lit. A. numer. 569.

33 SIGNA *demonſtrant ſignatum, ex ſigniſque ſignatum cognoſcitur*, l. 1. §. Si intelligatur, D. de ædilit. edict. l. Stigmata, vbi Bart. C. de fabricenſ. lib. 11. Surd. conſ. 126. num. 15.

Et res eius dicitur, & præſumitur, cuius ſigno ſignata eſt, c. Si iudex laicus, de ſentent. ex communic. lib. 6. & ibi gloſ. verb. Agnoſcitur, Ouid. de Amic. de iure emphyt. quæſtion. 82. num. 4. & 5. *vbi id etiam ex ſacra pagina cōprobat*, Geneſ. cap. 4. Apocalyp. 7. & Lucæ, cap. 20. Gomez in l. 45. Taur. num. 3. & num. 77 Boer. deciſ. 105. num. 9. Afflict. deciſ. 23. num. 3. & 4. Suar. tom. 1. commun. opin. lib. 4. tit. 41. numer. 6. Menoch. de præſumpt. libr. 3. quæſt. 64. Maſcard. de probat. conclu. 91. conclu. 157 numer. 3. cum ſeqq. conclu. 160. num. 4. & concluſ. 552 Gonçal. ad regul. 8. Cancel. gloſ. 60. num. 62, cum ſeq. Rebuff. ad leg. Gal. tit. de mercat. minu. vendent. art. 1. gloſ. 2. num. 26. Oſaſc. Pedam. deciſ. 40. numer. 2. Hieronym. á Laurent. Auenion. deciſ. 30. nu. 2. Brun. á Sole in locis commun. verb Res,

Digitized by Google

Res, 5. Cardin. Tuſch. liter. A. conclu. 616. num. 1. & ſeq. præcipuè numer. 11. Ceual. commun. contra cōm. quæſt. 745. numer. 5. & 6. Cur. Philip. p. 2. lib. 1. cap. 7. numer. 13. vbi numer. 16.
34 *reſoluit,* † *quod ſi apud duos cōtentio ſit ſuper rebus, quæ ad ſe quiſque pertinere contendit, eo quod eodem vtuntur ambo ſigillo: poſſidenti adiudicari debent; ſin vero apud neutrum ſint, ſed apud tertium, inter eos diuiduntur.*

35 SIMILE *non eſt idem,* l. Pecuniam, D. ſi cert. pet. l. Ad ſimilitudinem, C. de Epiſcop. & Cleric. §. Sed inter eas, inſtit. de nupt. cap. Capitulum, extr. de reſcript. gl. in l. Quod Nerua, & ibi Bartol. D. de poſit. Marc. Mãt. ſingul. 318. Menoch de arbitrar. lib. 2. caſu, 84. Surd. de aliment. tit. 9. quæſt. 1. numer. 4. Bertazol. de clauſal. inſtrum. clauſ. 27. gloſ. 2. num. 1. Caſane. in Cathal. gloſ. mond. part. 1. conſider. 48. verſ. Quartus caſus, Gutierr. practic. libr. 1. quæſt. 176. numer. 4. Gonçal. ad regul. 8. Cancel. gloſ. 5. numer. 51. Acaci. Anton. in comment. ad l. 5. num. 70. D. de condit. & demonſtr. Ferrer. in conſtit. Cathal. gl. 7. numer. 100. Cardin. Tuſch. tom. 7. lit. S. concluſ. 247. *vbi* numer. 2. *declarat, quod licet ſimile non ſit idem; tamen de facili tranſit in idem. Ideo contractum dubium iudicari eſſe ex pluribus idem, cui magis ſimilis eſt, notans.*

SIMILIVM *eadem eſt diſciplina* text. in princip. inſtit. quod cum eo, & ibi gloſ. verb. *Idem intellectus,* 10. l. 3. §. Proinde, & §. Quotiens, D. de in rem verſ. *Intellige, iuxta notata ſupr.* liter. A. numer. 533. 36

SINGVLA *quæ non proſunt, multa collecta iuuant,* l. Spadonem, §. Qui iura, D. de excuſat. tutor. *in ratione dubitandi,* l. Rationes, & l. Inſtrumenta, C. de probat. l. Si ſtipulatus, in princip. D. de vſur. capit. Cum cauſam, 13. extr. de probat. gloſ. verb. Legitimis, in l. 2. D. de excuſat. tutor. *recepta doctrina ex infinitis, quos late adducit* 37

An

Anton. Gabr. tom. 3. commun. opin. tit. de probat. cõcluſ. 2. num. 1. Surd. conſil. 245. num. 31. & conſil. 329 num. 20. Caid. Pereir. in l. Si curatorem, verb. Sua facilitate, numer. 59. verſ. Tamen hæc duo, C. de in integ. reſtit. minor. Anton Monach. Lucenſ. deciſ. 55. num. 33. Farinac. conſil. 39. num. 2. lib. 1. Ferrer. in conſtit. Cathal. gloſ. 5. numer. 147. Cardin. Tuſch. tom. 7. liter. S. conclu. 276. Mari. Anton. variar. lib. 2. reſolut. 55. numer. 16. & lib. 3. reſolut. 7. numer. 13. Sebaſtian. de Medic. de regul. iur. regul. 3. *Quod & protulit* Ouid. de remed. amor. lib. 2.

Forſitan hæc aliquis (nã ſunt quoque) parua vocabit,
Sed quæ non proſunt ſingula, multa iuuant.

Et Metamorphor. lib 9.

Omnia feciſſem, quorum ſi ſingula duram
Flectere non poterant, potuiſſent omnia mentem.

Et Amor. lib. 1. eleg. 9.

Et ſibi pauca rogent, multos ſi pauca rogabant,
Poſt modo de ſtipula grandis aceruus erit.

38 *Intellige axioma, quando ſingula genere ſuo perfecta ſunt, nõ ita ſi vitioſa, generequè ſuo imperfecta*, §. Ex eo, inſtit. quib mod. teſtam. infirm. Thobi. Noni. ad rubr. inſtit. de obligat. numer. 25. Menoch. de præſumpt. lib. 3. quæſt. 39. numer. 6. *Faciunt multa, quæ copioſe adducit* Gabr. dict. cõcluſ. 1. ex numer. 33. cum ſeq.

39 *Intellige etiã procedere, quãdo ad perficiendum vnum totũ plura tendunt: ſecus ſi ad diuerſa; quia tunc non proſunt ſingula, nec multiplicata iuuant*, l. vnic. C. qui numer. tutel. Bart. in l. 1. §. Idem, num. 3. D. de quæſt. Sebaſtian. de Medic. dict. regul. 3. num. 4. *vbi primam partem in naturalibus exemplificat. Nam neque paries, neque tectum per ſe domum faciunt: iuncta tamen faciunt.*

40 SOLVERE *& promittere, paria ſunt*, l. fin. C. ad leg. Falcid. l. Eum qui ita, §. penul. D. de verb. obligat. l. Inter cauſas, §. 1. D. ad Mace-

cc-

Digitized by Google

cedon. Rota Genuenſ. deciſ. 4. num. 3. Pyrrh. Maur. de ſolut. cap. 2. §. 1. per tot.

41 SOLVERE *& compenſare, paria ſunt*, l. Si debitor, D. qui potior in pign. habe. l. Si peculium, §. De illo, D. de ſtat. liber. l. 1. D. de cõpenſat. l. Amplius non peti, D. rem rat. haber. l. Vel per mutabit, D. de liberal. cauſ. l. Iulianus ait D. de condit. & demonſtr. l. Solutionis, D. de ſolut. Sur. de aliment. tit. 6. q 4. num. 4 & tit. 8. priuil. 53. & deciſ. 117. & 191. Parlador. lib. 2. rer. quotidian. p. 5. cap. fin. §. 11. n. 30. Azebed. in l. 1. n. 118. tit. 21. lib 4. nouæ, Reg. collect. Gutier. de iuram. confirmat. p. 3. c. 6. nu. 1. Rot. Roman. apud Farinac. dec. 858. num. 4. in nouiſſ. & deciſ. 536. n. 3. tom. 2. p. 1. Tiraq. de retract. lign. §. 3. gloſ. 3. num. 6. Couar. in cap. Quamuis pactum, 1. p. §. 4. nu. 9. Caſtill. controuerſ. lib. 3. cap. 23. num. 90. *late* Pyrrh. Maur. de ſolut. cap. 2. §. 5.

42 *Intellige quoad ſolutionem: ſecus quoad effectum conſtituendi quem in quaſi poſſeſſione, vt voluerunt* Rota Roman. diuerſ. deciſ. 389. numer. 2. p. 1. & Ioann. Baptiſt. Coſta de ration. rat. quæſt. 61. nu. 15. *quos citat* Pyrrh, Maur. d. loco numer. 18.

SOLVERE, *& cancellare paria ſunt; Cancellatio enim quoad effectum vim ſolutionis habet*, l. Emptor, §. Huius, D. de pact. Enchiridion. Pariura, verb. Cancellatio, *latè* Pyrrh. Maur. de ſolut. cap. 2. §. 3. per tot. *apud quem multa his ſimilia vide paragraphis ſeq q. vbi ſoluere, & ſatisfacere à pari procedere, tradit*, §. 2. 43 44

Item ſoluere, & cedere, vel delegare (ex l. Si pupilli. §. Videamus, D. de ſolut. l. Quãuis, §. Interdum, D. ad Vellei. l. Inter cauſas, §. Abeſſe, D. mandat. *multis Doctoribus relatis) tradit plenè*, §. 6. 45

Vim etiam ſolutionis habere acceptilationem, aut nouationem, (ex dict. l. Quamuis, §. Interdum, & l. Si rem, §. Si duo, D. de nouat. *& alijs) oſtendit* ibid. §. 7. 46

Digitized by Google

47 *Item ſolutionem & oblationem parificari; vimque ſolutionis oblationẽ habere, docet ibid.* §.10.*ex* l. Qui decem, in princip. D. de ſolut. & notatis in l Acceptam, C. de vſur. & Deci. conſil. 449. nu. 9. verſ. Et iſta concluſ. vlterius confirmatur, *Alios ſimiles caſus per eum dictis* §§. *videndos omittimus.*

48 SOLVERE *qui eſt paratus, iudicium ſuſcipere non cogitur,* l. Si reus, D. de procurat.

49 SOLVERE *minus dicitur, qui tardius ſoluit: & plus ſoluere, qui ſtatim,* l. Si is cui, in fin. l. Minus, D. de verb. ſignific. l. Solidum, D. de ſolut. §. Plus, inſtit. de fideiuſſor. §. Si quis autem, verſ. Plus autem, inſtit. de action. c. 1. vbi Doctores, extr. de plus petit. Tiraq. de retract. lignag. gloſ. 18. §. 1. num. 35. Surd. conſil, 345. num. 9. *cum notatis ſupra* liter. P. numer. 93. & ſeq.

50 SOLVI *non poteſt aliud pro alio inuito creditore, vide ſupra* lit. A. n. 227. & ſeq. *& ibi adductis adde pleniſsimé* Pyrrh Maur. de ſolut. c. 7. *Qui regula huic plures ampliationes, & viginti ſex limitationes aſsignat pro quibus eum, cum* Card. Tuſch. lit. S. concl. 354. *conſule.*

SOLVTIONE *eius, quod debetur, tollitur omnis obligatio, notauimus ſupr.* lit. O, n. 2. & ſeq. 51

SPECIALIA *duo ſuper eadem re ſimul concurrere non poſſunt,* l. 1. vbi DD. C. de dot. promiſſ. gloſ. in l. Cum poſt, 70. §. In domum, verb. Placuit, in fin. D. de iure dot. Bar. in l. Iuriſgentiũ, §. Quinimo, num. 20. & ibid. Iaſ. num. 21. & Alex. num. 27.) D. de pact. Surd. conſ. 34. n. 46. Decian. conſ. 74. nu. 51. lib. 3. Steph. Gratian. diſcept foren. tom. 3. c 518. n. 27. c. 520. n. 10 & c. 573. n. 36 Menoch. de præſumpt. lib. 1. q. 21. num. 3. 52

SI *principaliter ſaltem, non ſi acceſſorie, vel in conſequẽtiam alternatiuè cõcurrant,* Thob. Non ad rubr. inſt. de teſtam. nu. 20. Cardin. Tuſch. liter. S. concluſ. 360 nu. 23. Thom. de Thomaſet. regul. 107.

SPOLIATVS *ante omnia reſtituendus eſt, vide ſupra,* lit.

Digitized by Google

liter. R. numero 118. & ſequent.

53 STIPVLARI *alteri nemo poteſt*, l. Stipulatio iſta, 38. §. Alteri, D. de verbor. obligat. l. Quo tutela, verſ. fin. D. de reg. iur. l. 3. C. de inutil. ſtipulat. l. Multum intereſt, verſ. pen. C. ſi quis alteri, vel ſibi §. Si quis alij, & §. Alteri, inſtit. de inut. ſtipulat. l. 7. tit. 11. part. 5. Anton. Gabr. commun. opini. lib, 3. tit. de verb. oblig. concluſ. 1. n. 1. & ſeqq. Cardin. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 14. tit. 27. per tot. *vbi multas aſſignat ãpliationes*, & tit. 28. per tot. *propè infinitis modis axioma hoc limitans*, Cardin. Tuſch. lit. S. concl. 703. Scacc, de commerc. §. 2. gloſ. 7. num. 8. conclu. 1. & num. ſeq. Anton. Gomez variar. tom. 2. cap. 11. num. 18. *vbi multipliciter quoque limitat*, Ceuall. commun. contra cõmun. q. 54. per tot. & q. 526. Gutierr. de iuram. cõfirmat. p. 1. cap. 36. per tot. & practic. lib. 3. q. 97. num. 2. & ſeq. & in l. Nemo poteſt, n. 152. & ſeq. de legat. 1. Couar. in cap. Quamuis pactum 2. p, §. 4. in princip. verſ. Prima, *quod hodie de iure Regio mutatum dicunt, & cum eis* Azebed. in l. 2. tit. 16. libr. 5. nouæ Reg. collect. num. 30. *iunctis notatis ſupra* liter. A num. 120. & ſeq.

STIPVLATIONES *inuenta ſunt vt vnuſquiſque adquirat quod ſua intereſt*, l. Stipulatio iſta, 38. §. Alteri, D. de verb. oblig. §. Alteri, inſti. de inutil. ſtipulat. l. 7. tit. 11. part. 5. Couar. in capit. Quamuis pactum, p. 2. §. 4. nu. 2. de pact. in 6. Scacc, de commerc. §. 2. gloſ. 7. n. 9. *cum alijs ſupra proxime* num. *præcedenti citatis*. 54

SVBIECTA *talia ſunt, qualia prædicata demonſtrant*, l. 3. D. de fund. inſtr. l. fin. §. Cui dulcia, D. de vino, tritic, & oleo legat. Surd. deciſ. 149 num. 18. & conſil 34. n. 40. & conſil. 375. num. 45. Brunor à Sole in locis cõmun verb. Subiectum, Crauet. cõſil. 9. num. 32. 55

SVBROGATVM *ſapit naturam eius, in cuius locum ſubrogatur*, l. Si eum, §. Qui in- 56

iniuriarũ, D. Si quis cautiõn. vbi Bart. Bald. Angel. & alij, l. 1. §. Hæc actio, D. Si quis teſtam. liber eſſe, l. Filiæ, §. Titia, D. de condit. & demonſtr. l. vnic. §. 1. C. de rei vxor. act. vbi Cyn. Bald. Salyc. & alij, §. Fuerat, inſtit. de act. capit. Eccleſia, 1. (vbi gloſ. 1. verſ. Et eſt hic argumentum, cum cap. ſeq.) vt lite pend. Tiraquel. de iure primog. quæſt. 40. nu. 43. & in tract. lemert. part. 2. declarat. 9 numer. 18. Euerar. in topic, legal. loco, 93. Thom. de Thomaſet. regul. 289. Pichar. ad §. Ex conditionali, num. 13. inſtit. de verbor. obligat. Andre. Gammar. in dialect. legal. libr. 2. de loco ſubrogato, 4. Thobi. Noni in §. Sed neque hæres, inſtit. de teſtam. nu. 5. Sur. decif. 35. numer. 9. & deciſ. 306. num. 5. & de alim. tit. 9. q. 27. n. 9. & conſ. 26. nu. 5. Brun. à Sole in locis commun. verb. Subrogatum, Molin de primog. lib. 4. cap 4. n. 36. Ioan. Petr. Moner. de decim. c. 9. num. 75. & tract. de optione, c. 4. q. 8. nu. 146. Franciſ. Leo in theſaur. fori Eccleſiaſt. p. 2. c. 4. n. 55. Eſcobar de ratiocin. cõput. 15. n. 2. Gonçal. ad regul. 8. Cancel. gloſ. 5. §. 9. n. 99. Card. Tuſch. tom. 7. lit. S. concl. 757. à princip. & omnino à n. 15. & n. 30. Mari. Anton. variar. lib. 1. reſolut. 112. n. 28. Mier. de maiorat. Flores Diaz variar. lib. 1. q. 20. *vbi ampliat, & limitat, multos referens* Giurb. in conſuetud. Senat, Meſſan. cap. 12. gloſ. 2. n. 9. Maraſcot. variar, reſolut. lib. 2. c. 8. n. 8. *C*aſtillo cõtrouerſ. lib. 4. cap. 36. á nu. 51. cum ſeqq. & lib. 5. p. 2. c. 89. num. 83. & 84. Nouar. in praxi elect. & variat. fori, q. 52. num. 8. & 9. ſect. 1. & quæſt. forenſ. lib. 1. q. 48. n. 6. *S*tephan. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 624. à numer. 2. cum ſequent. capit. 706. numer. 67. cap. 719. numer. 9. cap. 766. num. 37. cap. 769. num. 69. & cap. 791. num. 14. tom. 4. *qui ampliat* † in dict. capit. 614. numero 9. *in particularibus*, & tom. 5. capit. 989. num. 23. 57

Ampliat etiam in d. capit. 614. 58

624. num. 10. *ſiue expreſſe, ſiue tacite ſubrogatio fiat*

59 *Et tam in rebus, quam in perſonis*, in dict. cap. 791. num. 16. *ex* Surd. conſ. 424. num. 25. in fin. Cephal. conſil. 58. num. 30. lib. 1. Caſſan. conſil. 22. nu. 22. *Idem voluerũt* Morot. conſil. 20. num. 7. Peregr. de fideicommiſſ. art. 16. nu. 30. *quos allegat* Ioan. Mar. Nouar. in praxi elect. & variat. fori, d. q. 52. num. 9. *qui pro hac adducit etiam* text. in l. fin. C. de proxim. ſacr. ſcrin. libr. 12.

60 *Item ampliat* idẽ ipſe Gratian. in d. cap. 719. num. 10. *etiam in materia ſtricta, & correctoria, allegat*, §. Reliquum, verſ. Vnde conſequens, in auth. de hæred. & falcid. Nat. conſil. 346. numer. 3. & Suri. conſil. 42. num. 11.

61 *Intellige, ſubrogatum ſapere naturam primordialem: non accidentalem eius, in cuius locum ſubrogatur*, Surd. de aliment. d. tit. 9. quæſtion. 21. numer. 22.

62 *Intellige etiam, vbi ſubrogatum omnes habet qualitates eius in cuius locum ſubrogatur: Quia ſi qualitas, vel earum ex requiſitis neceſſarijs ſubrogato deficiat, vel diuerſa inter vtrumque detur qualitas: eius naturam in cuius locum ſubrogatur, non ſapit*, l. Lucius, D. de fideicommiſſ. liber. Franc. Becci. conſil. 101. n. 59. *multis relatis*, Sur. conſil. 31. n. 41. conſ. 138 num. 21. conſil. 143. nu. 48. & conſil. 269. nu. 30. Ioann. Mar. Nouar. in praxi election. & variet. for. d. q. 52. num. 10. & ſeqq. Franciſ. á Souſ. in repet. l. Fœminæ, D. de regul. iur. p. 1. n. 229. *plene* Giurb. conſil. crimin. 99. n. 13. *vbi quod inter ſubrogatum, & eum cui fit ſubrogatio nulla eſſe debet differentia, nec diuerſa qualitas, multis (ſuo more) cõgeſtis*, Polydor. Rip. obſeruat. 250. Morot. conſil. 49. n. 3. Aldouin. conſil. 104. n. 103. *alios referens* Didac. de Mari, in addit. ad deciſion. Thom. Gram. ad deciſ. 105, num. 13.

Limita præterea quando ſubrogatio ad rem fit diuerſæ naturæ, l. Cum in fundo, § Si fundus, D. de iure dot. Surd. d. tract. de aliment. titul. 5. q. 1. numer. 34. 63

64 *Limita deinde, vbi aliquid eſt ſpecialiter attributum; tunc enim in eo eandem naturam ſub rogatum non ſapit, nec ſubrogationis regula id extendit, quod fuit ſpecialiter conceſſum,* Sur. dict. tit. 9. quæſt. 21. num. 21. Petr. Barboſ. ad l. Cum prætor, §. 1. num. 421. D. de iudic.

65 *Item limita in pœnalibus,* l. Multa, D. de condit. & demonſtr. Anton. Gabr. tit. de regul. iur. concluſ. 2. num. 29. Cardin. Seraphin. Rot. Roman. deciſ. 537. num. 4. Mari. Giurb. dict. conſil. 96. num. 16.

66 *Limita denique in priuilegijs* Azebed. in l. 1. tit. 1. lib. 6. nou. Reg. collect. numer. 27. Gironà. de priuileg. ſeu exemption. explicat. numero 1313.

67 SVBSCRIBENS *pro ſcribente habetur, probat* text. in l. Emptor, §. Lutius, D. de pact. l. 1. §. 1. D. de conſtit. pecun. l. Sicut, §. Non creditur, D. quib. mo. pig. vel hyp. ſolui. l. Si ita ſtipulatus, §. Chryſogonus, D. de verb. oblig. l. 1. §. Interfilium, D. ad l. Corn. de falſis, §. 1. inſti. de empt. & vendit. auth. Si modo, C. fam. ercisc. c. Si quis præsbyterorũ, de reb. Eccleſ. non alien. *infinitos referens* Menoch. de præſump. lib. 3. præſump. 66. num. 7. *qui regulam hanc multipliciter ampliat, & declarat numeris ſeqq. pleniſſime* Cardin. Tuſch. tom. 7. lit. S. cõcluſ. 761.

SVBTILITAS *nimia reprobatur, & ſubtilizandum nõ eſt* l. ſi Fideiuſſor, 29. § Quædam, D. mandat. l. 2. ad fin. C. de conſtit. pecun. capit. Dilecti, de iudic. Tiraquel. de pœn. temper. cauſa 12. n. 3. Thom. de Thomaſet. regul. 288. *Vnde conſulit Apoſtolus ad Roman.* 12. Non plus ſapere, quam oportet ſapere, ſed ſapere ad ſobrietatem. *Simulandamque, ac obtegendam ſubtilitatem.* Senec. in proœm. declamat. *aliàs controuerſiarum:* Et neſcio, *inquit,* an maximum vitium ſubtilitatis ſit, nimium ſe oſtendere, *& ibi:* Vtiliſsima eſt diſſimulata ſubtilitas, quæ effectu apparet & habitu latet. 68

Digitized by Google

69 SVCCESSOR *ſingularis cõtractui praeceſſoris, vel locationi ſtare non tenetur*, l. Emptorem, C. Locat. l. Qui fundum, D. eod. l. 19. titul. 8. part. 5. Couar. variar. lib. 2. cap. 15. per tot. *Vbi plene materiam examinat, ampliationesque limitationes, & intellectus aſſignat, ſic pariter* Gutierrez Canonic. quaeſt. libr. 1. quaeſtion. 36. per tot. Dueñ. regul. 240. Aloyſ. Ricci. collection. 93. part. 1. & collect. 631. part. 3. per tot. Vincent Carot. de locat. tit. de rebus Eccleſ. locan. concl. 70. per tot. pagin. mihi 135. Magon. deciſ. Lucen. 11. numer. 1. & ſeq. vbi eius Addit. liter. A. Cardin. Tuſch. lit. L, conclu. 428. concluſ. 419. Stephan. Gratian. diſcept. foreſ. tom. 4. cap. 606. per tot. Alexand. Ludouic. deciſ. 68. per tot. & ibid. Beltramin. in eius annotat. Anton. de Amato reſolut. 29. á numer. 1. cum ſeq. Polid. Ripa obſeruat. 115. & obſeruat. 132. per tot.

70 SVCCESSORI *non nocet, quod eius auctori nocere non potuit*, l. 3. §. ſi quis ab auctore, in fin. D. de itin. actuq; priuat. l. Dolia, 76. D. de contrah. empt. l. Inuitus, 156. §. Cũ quis, D. de reg. iur.

Et è contra ſucceſſori nocet, quod eius actori nocere potuit, l. Quod ipſis, 143. D. de reg. iur. l. Epiſt. 52. §. 1. D. de pact. 71

SVMMA *minor maiori ineſt notatum eſt ſupra* liter. M. numer. 3. 72

SVPERFLVA *non nocent*, l. Non ſolent. 94. D. de regul. iur. l. Quae extrinſecus, 65. D. de verb. oblig. l. Pediculis, 32. §. Labeo teſtamento, D. de aur. & arg. leg. D. *Auguſtin. de Ciuitat. Dei capit.* 27. Solet enim, *ait*, à Iuriſperitis dici, ſuperflua nõ nocent. *iunctis notatis* liter. A. num. 334. & liter. V. numer. 192. 73

SVPERFLVITAS *vitanda eſt* l. Tunc. cogendum, §. Sabinus, D. de procur. Stephan. Gratian. diſcep. forenſ. tom. 4. cap. 639. numer. 37. Scac. de commerc. §. 7. gl. 3. numer. 20. & ſeqq. *vbi multipliciter ampliat*. 74

Digitized by Google

Et ne ſuperfluitas inducatur multa ſunt prohibita, Cardin. Tuſch. lit. S. conclu. 894.

Ab interpretationeq́. reijcitur, idem Tuſch. concl. 895.

Nec ſuperfluis cautionibus eſt vtendum, idem ipſe. ibi concluſ. 896. *iunctis notatis ſupra* liter. A. n. 334. & liter. V. numer. 34.

75 SVPERIORVM *actio, noſtra eſt inſtructio*, c. Exemplum 12. in ord. 12. q. 1. Ferr. in conſt. Cathalon. gloſ. 6. n. 21. *Inde vulgatum illud* Claudiani in panegir. in 4. conſulat. Honor.

Componitur orbis,
Regis ad exemplum.

Cum alijs adductis ſupra liter. E. num. 105.

76 SVSPICIO *vna tollit aliam*, Neuizan. conſil. 68. num. 34. in fin. & nu. 35. Scarlat. in conſ. 120. nu. 7. inter crimin. diuerſ. *quos refert* Surd. con. 535. num. 6.

T

1 TACENS *verum, falſum committit, diximus ſupra*, lit. F. num. 102.

2 TACENS *conſentire videtur*, l. ſi ſine, 5. C. ad Velleian. l. ſi eo tempore, 6. & l. ſi hypothecas, 8. C. de remiſs pignor. l. 2. C. de adquiren. poſſeſ. l. 2. §. Voluntatem, D. ſolut. matrimon. l. Qui tacet. vbi Decci. & Cagnol. D. de regul. iur. cap. Qui tacet. 43 vbi gloſ. Dyn. & Ioan. Andre. extr. eod. titul. lib. 6. capit. Nonne, de præſumption. gl. in l. Quo enim, 12. vbi Bart D. rem rat. haber. gloſ. in l. filius familias, §. Inuitus, D. de procurat. Maſcar. de probat. conclu. 1218. Pat. Azor inſtitut. moral. patr. 1. lib. 1. cap. 4. col. 8. & 9. Aloyſ. Ricci. in collect. deciſ. part. 4. collect. 1040. Mari. Anton. variar. lib. 1. reſolut. 92. numer. 6. *alios refert* Cened. ad Decretum, collection. 9 numer. 4. Ioann. Mar. Nouar. quæſtion. foreni. lib. 1. quæſt. 82. num. Scacc. de commerc §. 1. quæſt. 7. part. 2. ampliat. 19. numer. 129. Mari. Antonin. de Ama. deciſion. 47. numer. 13 *quos & firmauit* Senec. controuerſ. libr. 1. con-

Digitized by Google

contr. 21. *vbi:* Sed ſilentium confeſſio videtur. *ait.*

3 *Intellige in fauorabilibus,* l. 1. §. pen, D. naut. Caupon. & ſtabul. l. Qui patitur, D. mandat. l. ſi fideiuſſor, in fin. C. eod. tit. l. ſi vt proponis, C. de nupt. Menoch. de præſumption. lib. 3. q. 42. nu. 11. & n. 24. & lib. 6 q. 99. nu. 11. Maſcar. de probat. conclu. 1158. nu. 25. Thom. de Thomaſet. regul. 253. & reg. 290. Iul. Clar. recept. ſentẽt. lib. 4 §. Donatio q. 14. n. 5. Mencha. quæſt. Illuſt. libr. 2. cap. 62. à num. 8. Couar. in rubr. de teſtament. part. 3. n. 12. verſ. Verem. ſi donatarius, Molin. de primogen. lib. 4. cap. 2. num. 76. Coſt. in l. ſi ex cautione fall. 4. num. 2. Barboſ. in l. Quæ dotis, num. 153. & num. 164. D. ſolut. matrimon. *alios adducit* Pat. Sanchez de matrimon. lib. 1. diſput 5. num. 5. *quibus adde* Nouar. d. quæſt. 81. numer. 1. verſic. Hoc tamen, & Cardinal. Tuſch. tomo 8. lit. T. concluſ. 2. *qui*

4 nu. 2. *limitat* † *vbicunq; vltra cõſenſum requiritur aliquid, quia tunc nec in fauorabilibus tacitum conſenſum ſufficere dicit.*

Limita in præiudicialibus, l. Qui vaſ. §. Vetare, D. de furt. l. Inuitum, D. de ſeruitutib. vrb. prædior, l. In eo, §. Pen. de ritu nuptial. Menoch. de præſump. lib. 3. præſump. 6. n. 19. verſ. & d. q. 99. num. 15. & 57. Fachin. controu. libr. 8. c. 64. Cou. pract. c. 15. verſ. Quinto deinde, Sur. dec. 302. num. 3. & conſ. 349. num. 4. Thom. de Tomaſet. d. regul. 253. Cal. Perei. de reſol. emphyt. c. 11. n. 11. & de empt. c. 33. n. 81. & ſeqq. Barboſ. in l. 2. §. vlt. á n. 6. D. ſolut. matrim. & in d. l. Quæ dotis, n. 153. & n. 164. Benedict. AEgid. in repet. l. Ex hoc iure, D. de iuſt. & iur. part. 1. c. 9. n. 81. Reinoſ. obſeruat 61. num. 29. Cardin. Tuſch dict. lit. T. concl. 3. Mar. Anton. d. lib. 1. reſolut. 59. caſu. 1. Sanch. *(alios referens)* d. diſp. 5. n. 5. Stephan. Gratian. diſcep. forenſ tom. 1. c. 38. n. 20 & capit. 68. numer. 16 & tomo 4 cap. 730. num. 40. & cap. 795. num. 5. Ioan. Mar. Nouar. dict. lib. 1. q. 82. nu. 1. verſ. 5

Digitized by Google

verſ. At ſecus Mari Giurba in conſuetud. Senat. Meſſan. cap. 14. gloſſ.2.num.5.part. 1. Statil. Pacific. de Saluian. interdict, inſpect. 3. cap. 5. num. 59. *qui* numer. 60. *ſub*
6 *limitat*, † *quando diuturna, & longa taciturnitas, & patientia adeſſet,*
7 *Sublimita etiam, ſi vltra taciturnitatem aliquis actus poſiti uus concurrat*, Clem. 1. de procurat. Maſcard. de probat. cō cluſ. 1118. numer. 51. Sur. deciſ. 32. numer. 11. & deciſ. 264. num. 8. Menoch. de præſump. lib. 3. præſumpt. 9. num. 20. Statil. Pacif. d. loco num. 64.
8 *Secus in iudicialibus in quibus tacens cenſetur, etiam in ſibi praiudicialibus*, Tiraquel. de iure marit. gloſ. 7. num. 37. Surd. deciſ. 47. numer. 9. Petr. Barboſ. in l. Diuortio, §. Ob donationes, num. 14. D. ſolu. matrim. Menoch. d. lib. 6. præſump. 99. n. 43. Iacob. Cancel. variar. reſolut. lib. 1. capit. 20. numer. 21 Statil. Pacific. d. inſpect. 3. cap. 5. num. 66.
9 *Limita etiam quando tacens contradicendo, actum impedire non potuiſſet*, gloſ. in l. ſicut, §. Non videtur, D. quibus mod. pignor. vel. hypot. ſolut. l. Caius, D. de pignor. act. l. ſæpe, §. Cur autem, D. de re iudic. Menoch. conſ. 120. numer. 10. Rot. Roman. apud Farinac. deciſ. 513. n. num. 5. tom. 2. part. 1. Sur. deciſ. 294. num. 13. & deciſ 302. numer. 2. Cald. d. cap. 33. num. 81. Stephan. Gratian. d. cap. 38. numer. 21. & d. cap. 68. num. 16. & c. 730. num. 41. Statil. Pacific. d. loco numer. 73. *qui de huius limitationis veritate diſputat late* num. ſeqq.

Quia in caſibus quos tacens ſi velles, poſſet impedire, conſentire videtur, l. ſi fideiuſſor, C. mandat. Bart. in l. Quæ dotis numer. 22. & ibi Barboſ nu. 160. D. ſolut. matrimon. Neguz. de pignor. membr. 4. p. 2. numer. 152. Tiraq. de retract. lignag. §. 1. gloſ. 9. num. 149. Couar. dict. cap. 15. num. 5. verſ. 3. Fachin. lib. 7. controu. cap 80. Menoch. de præſum. præſūp. 99. n. 5. & conſ. 58. n. 65. Maſcar. con-

Digitized by Google

concluſ. 1158. nu. 47. Surd. conſ. 290. num. 22. Mendoc. de pactis libr. 2. cap. 4. numer. 37. Cald. Pereyr. de renouat. emphyt. quæſt. 16. n. 47. & 52.

10 *Limita deinde quando iusre ſiſtit*, gloſ. in cap. Plerumq; 2. quæſt. 7. Maſcard. de probat. vol. 3. concluſ. 1153. numer. 52.

11 *Limita denique, in tacente ob reuerentiam, & ratione coniunctionis, & ſanguinis, qui diſſentire, & contradicere videtur*, gloſſ. in l. 1. §. Quæ onerandæ, verb. Metu, D. quar. rer. act. non detur *quã ſingularem dicit (multis relatis)* Vincent. Carot. ſingul. 420. & ſingul. 517.

Licet contrarium, & melius, ſentire dicat Iaſ. in d. l. Quæ dotis numer. 96. D. ſolut. matrimon. *Niſi mina, vel verbera concurrant, & hanc quam plurimis relatis firmat* Menoc. d. præſumpt. 99. numer. 33. *per quem, qua huic axiomati deficere videntur, ſupple, & per* Maſcard. Tuſchum, Nouar. & Stali: *præter alios quos retulimus.*

TACITE *quod ſubintelligitur, fruſtra exprimitur*, l. Iam dubitari, & l. Cornelius, D. de hæred. inſtitut. l. Verba, D. de condit. inſtit. l. 3. D. de leg. 1. l. Fideicõmiſſa, §. ſi filio, D. de legat. 3. l. Quæſitum, §. 1. D. de diſtr. pignor. l. Non recte, D. de fideiuſſor, *cũ notatis ſup.* liter. E. num. 137. 12

Nã expreſſum dicitur illud, quod ſub intelligitur à iure, vt dictum eſt ſupra, liter. E. numer. 112. 13

TACITI *& expreſſi idem eſt iudicium*, l. Cũ quid, vbi, Doct. D. ſi cert. pet. l. ſi filius fam. D. eod. tit. l. vlt. in princip. D. de legat. 2. l. Item quia D. de pact. l. vlt. C. qui bon. ceder. poſſ. Couar. in repet. cap. Quamuis pactum, de pact. lib. 6. p. 2. in initio n. 6. in med. Mench. contr. illuſtri, cap. 33. n. 26. Flam. de reſign. tom. 1. lib. 1. quæſt. 1. num. 3. cum ſeqq. & quæſt. 13. numer. 13 Gonçal. ad regul. 8. Cencel. gloſ. 14. num. 64. Eſcob. de ratiocin. capit. 7. numer. 7. Franc. Molin. de ritu nupt. libr. 14

Digitized by Google

br. 3. quæſt. 80. numer. 30. Morla in empor, iur. part. 1. titul. 8. quæſt. 24. per tot. Vgolin. de offic. & poteſt. Epiſ. §. 2. capit. 7. numer. 7. Fr. Anton. à Souſ. in relect de cenſ. Bullæ Cœnæ cap. 24. diſput. 101. numer. 2. Ioan Franc. Leo in theſaur. fori Eccleſiaſt. part. 3. cap. 7. numer. 61. Cardin. Tuſch. tom. 8. lit. T. conclu. 8. Campanil. in diuerſ. iur. Canon. rubr. 12. cap. 4 numer. 5. Ioan. Mar. Nouar. quæſt. foreſ. lib. 1. quæſt. 95. numer. 9. & quæſt. 152. num. 9.

14 *Intellige, quando tacitum includitur in natura expreſsi, ſecus ſi de natura expreſsi non eſt, neque ſub expreſſo inducitur,* Tuſch. d. liter. T. conclu. 7. Mari Antonin. variar. lib. 2. reſolution. 57. num. 72.

15 *Limita cum* eod. Tuſch. concluſ. 9. *qui* concluſ 11, *aſſerit multis in caſibus plus tacitum operari, quam expreſſum.*

16 *In alijs etiam, taciti minor eſt virtus, quam expreſsi, vt cõſtat ex adductis ſupra* liter. E. numer. 132.

Namque tacitum aliud tacitum non producit, Cardinal. Tuſch liter. T. concluſ. 10. per tot. Deccian. conſil. 49. num. 50. lib. 2.

Tacitumque reſultans ex expreſſo ceſſat ceſſante expreſſo, Cardin. Tuſch. dict. liter. T concluſ. 12. *per text.* in l 3. §. fin. D. de ſeruit. ruſtic. Prædior. 17

Et expreſſum facit ceſſare tacitum, tradidimus ſupra, liter. E. num. 134.

Amplia axioma in vltimis voluntatibus, in quibus tacitum pro expreſſo habetur, l. Inter veſtem, D. de auro, & arg. legat, l. In conditionibus, primum locum, D. de cõdition. & demonſtr. Bartol *in ſua magiſtrali diſtinctione, quam tradit in* dict. l. Cum quid, coll. 2. numer. 9. verſic. Et pro huius ſolut. *& ante eum* Cyn. coll. 2. numer. 4. verſ. Nos ergo, *quos vltra alios, refert* Rendin. in promtuar. recept. ſentent. tom. 1. tit. 100. numer. 16. 18

Alia quæ ad hanc regulam ſpectant notata ſunt ſupra d. lit. E. numer. 132. & ſequentib.

TA-

19 TACITE *fieri non poteſt, quod prohibetur expreſſe*, l. Qui ad certum, 14. D. Locat. Ioann. Baptiſt. Coſt. de facti ſcient. & ignor. centur. 2. diſtin. 17. num. 3.

20 TALEM *Te iudico, qualem te inuenio*, l. Moueor, 4. C. ſi ſeruus exportandus ven. l. Item apud. Labeonem, 15. §. ſi quis virgines, D. de iniur. l. ſi pignorans, 50. D. locat. capit. ſi iudex, laicus 12. de ſentent. excommun. libr. 6.

21 TALEM *eſſe, aliud eſt, aliud haberi pro tali*, gloſſ. in l. Mercis appellatio, D. de verb. ſignific. Rimin. Iunior conſil. 222. numer. 160. lib. 2. Nicola. Intrigliol. deciſ. 43. num. 73. lib. 1, Cepha. conſil. 451. numer. 36. libr. 4. *vbi de huius axiomatis, & gloſæ in dict.* l. Mercis, *intellectu*.

22 TALEM *ſe probare debet qui agit vt talis*, l. Non ignorat. 9. C. Qui accuſar. nõ poſ. l. Diuus, D. de re iudic. Brunor a Sole in locis com. verb. Agenſ. 2. *pleniſsime* Maſcard. de probat. concl. 1253. & conclu. 1254. tom. 3. Caſtillo controu. lib. 5. part. 2. cap. 136. nu. 67. & ſeqq.

Vnde proteſtans alicui vt talis, talem ſe docere debet, aliàs in mora non conſtituit, Boer. dec. 347. nu. 14. *multis relatis* Vincent. Carot. ſing. 164. *vbi quadrupliciter id limitat*. 23

Limita axioma in habente naturalem pro ſe præſumptionẽ, Maſcard. d. conclu. 1253. n. 8. *cum notatis ſupra* liter. Q. numer. 7. 24

TEMPORALIA *ad agendum perpetua ſunt ad excipiendum* l. Puré, 5. §. fin. D. de dol. mal. & met. except. l. Licet, 5. C. de exception. Cardin. Tuſch. lit. E. conclu. 371. n. 7. cũ ſeq. Vincent. Carot. ſingul. 147. & de excep. excep. 22. q. 18. n. 9. Sur. deciſ. 64. nu. 35. & deciſ. 277. n. 17. Stephan. Gratian. deciſ. Marchiæ 151. n. 12. Fran. Viui. dec. 351. n. 2. lib. 2. 25

Limita, & intellige, re integra ante motam actionem, ſecus poſt. Ita Alberic. in d. l. Pure §. final. per l. Pomponius, §. Rati, D. de procurat. Vincẽt. Carot. d. excep. 22. q. 18. numer. 26

Digitized by Google

mer. 10. & 11. *vbi quod tunc facilius perditur exceptio, quam actio,* Qui num. 12. *limitat ſe*
27 *cundo* † *in exceptione quæ etiam agendo proponi poteſt: quæ temporalis eſt vt actio, ex* Ange. & Caſtr. in l. Papinianus §. ſi filius *(per illum text.)* D. de inoffic. teſtament.

28 *Tertio limitat* num. 13. *Niſi ad excipiendum ſit tempus limitatum, ex* l. Quoties, C. de precibus Imperat. offer. & Felin. *per eum ibi relato,*

29 *Limita quarto, vt licet temporalia ad agendum, perpetua ſint ad excipiendum: non tamen ad replicandum, quia temporalia ad agendum, temporalia etiam ſunt ad replicandum, caſus eſt ſingularis* in l. Quæſitum, 30. §. In dolo *(vbi not. expreſſe* Gothofred. lit. Z.) D. de pecul. Afin. in pract. §. 16. cap. 7. Vincent. Carot. ſingul. 45. *vbi ita tenuiſſe refert* Rott. in vna Romanor. ſpolij coram Puteo 22. Iunij 1595.

30 TEMPORE *eodem quando aliquid fit, non datur prius, nec poſterius,* l. Quidam teſtamento, D. de pecul. legat. Surd. de aliment. tit. 9. q. 29 numer. 18.

Tempore autem eodem fieri dicitur quod ſucceſſiue fit, glo. in l. Antiqui, verb. Eodem tempore, D. ſi pars hæred. petatur. 31

TEMPORE *habili aliquid fieri, vel conferri in tempus habile, paria ſunt,* l. In tempus, 62. D. de hæred. inſtit. *& notauimus ſupra* liter. F. numer. 136. 32

Et é contra, tempore prohibito aliquid fieri, vel conferri in tempus prohibitum, paria ſunt, l. Oratio D. de ſponſal. l. Quod ſponſæ, C. de donat. ante nupt. *cum citatis ſupra* d. lit. F. numer. 135. 33

TEMPVS *non eſt modus tollendæ, nec inducendæ obligationis,* l. Obligationum, la 2. in ordin. 44. §. Placet, D. de action. & oblig. §. At ſi ita ſtipuleris, inſt. de ver. oblig. vbi Thob. Noni. gloſ. verb. Allegationem in cap. Cum ex officij 16. de præſcrip. Gom. var. tom. 2. cap. 11. numer. 21. Aloyſ. Ricci. in praxi rer. for. Eccleſiaſt. dec. 732. in 1. edit. & reſolut. 509. 34

Digitized by Google

509. numer. 2, in 2. edit. & deciſ. Curiæ Archiepiſcopi Neapolitan. deciſ. 62. num. 4. part. 2. Acaci. Anton. in comment. ad leg. 1. D. de condition. & demonſt. ſuper verb. Cum dies certus, num. 5. Stephan. Gratian. diſcept. forenſ. tom. 5. cap. 852. numer. 23.

35 TEMPVS *legis qui non obſeruat, non dicitur formam legis obſeruare*, l. Obſeruare, §. Poſthac, D. de offic. Procon. Rebuf. in tract. nominat. q. 14. num. 6. Anton. Gamm. deciſ. 337. numer. 4. Cardoſ. in praxi iudic. & aduocator. verb. Tempus, num. 1.

TENOR, *ſupple verb.* Scripturæ tenor.

36 TERTIVS *cuius non intereſt, aut de alterius iure opponẽs, non auditur*, l. Loci corpus, §. Competit. D. ſi ſeruit. vendic. l. Si quis emptionis, §. ſin vero nullum, C. de præſcrip. 30. annor. Natta conſ. 419. numer. 11. *plene* Anton. Theſaur. deciſ. 4. per totam, *vbi copioſe materiam cum intellectibus, & limitationibus examinat, & iunge dicta* lit. I. num. 92.

TERMINI *habiles ſupponẽdi ſunt*, l. Qui teſtamento, 20 in princip. D. qui teſtam. facere poſſ. *cum notatis infra*, liter. V. numer. 62. & *ſupra* liter. D. numer. 139. & ſeq. 37

TESTATOR *videtur ſe conformare cum iuris diſpoſitione*, l. Conficiuntur, D. de iur. codicil. Menoch. de præſump. lib. 4. præſump. 21. n. 35 præſumpt. 63. numer. 3. & præſum. 202. à numer. 1. cum ſeqq. *vbi ampliationes, & limitationes aſſignat.* 38

Et cum diſpoſitione ſtatuti, l. Hæredes mei, §. Cum ita, D. ad Trebell. Farinac. deciſ. 508. num. 4. 39

Imo fortius quam cum diſpoſitione iuris communis, tradit ex plurimis, cũ limitationibus Vincent. Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 311. numer. 42. & ſeq. q. 325. numer. 9. & ſeqq. quæſt. 402. numer. 62. & ſeqq. & quæſt. 481. numer. 7. & ſeqq.

TESTATOR *facere non poteſt, quin leges in ſuo teſtamento locum habeant*, l. Nemo poteſt, 55. & in eius repet. Gu- 40

Digitized by Google

Goti. auth. Licet teſtator. C. de Epiſcop. & cler. Ioann. Mar. Nouar. q. forenſ. libr. 1. quæſt. 91. num. 1.

41 *Et præſumitur ſcire leges*, l. Leges ſacratiſsimæ, C. de legib. Alci. de præſumpt. lib. 1. præſ. 31. Nouar. d. loco n. 9.

42 TESTATVS *pro parte, & pro parte inteſtatus decedere nemo poteſt* l. Ius noſtrum, 7. D. de reg. iur. §. Hæreditas, verſ. Neque, inſt. de hæred. inſt. Menoch. de præſum lib. 4. præſumpt. 48. num. 3. & præſum. 101. num. 49. Surd. conſ. 93. Cardin. Tuſch. lit. T. conclu. 96. Caual. deciſ. numer. 16. par. 3. & deciſ. 19. num. 18. part. 4. Camil. Borrell. conſ. 99. numer. 8.

43 *Amplia, quia ſicut quoad bona teſtatus, & inteſtatus decedere quis non poteſt: ita nec quoad tempus*, Molin. de Hiſpan. primog. lib. 3. cap. 10. numer. 15. Menoch. de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 76. numero 10.

44 *Limita, niſi aliter lex, vel ſtatutum diſponeret*, Tuſ. d. concluſ. 96. numer. 12. & 13. Pariſ. conſil. 85. numer. 3. lib. 3. Caual. de vſufruct. numer. 80. Odd. conſil. 10. numer. 23. Vincent. de Fran. ch. deciſ. 546. numer. 7. Polydor. Rip. obſeruat. 94. numer. 3.

Limita etiam in habente patrimonium diuerſis in locis, à quorum legibus eius ſucceſſio, & diſpoſitio regulabitur, & poterit in vno patrimonio teſtatus, & in alio inteſtatus decedere, Bart. in l. Cunctos populos, num. 36. & 38. & ibi Salicet, num. 13. & Imol. numer. 1. C. de ſumm. Trinit. & Fide Cathol. Peregrin. conſ. 13. num. 15. lib. 2. & con. 7. numer. 7. & 8. libr. 5. Andr. Gal. lib. 2. obſeruation. 124. numer. 13. & 14. Menochi. conſil. 1021. numer. 8. Cal. Perey. de nominat. quæſt. 14. num. 11. 45

Limita præterea, & intellige in eo, qui in totum teſtari poteſt, ſecus ſi pro parte tantum, l. fin. C. de inoffic. teſtam. Vincent. de Franc. dict. deciſ. 546. numer. 8. Stephan. Gratian. diſcept. forenſium, tom. 2. capit. 382. numero 15. 46

Digitized by Google

47 *Intellige etiam ab initio, nõ ex poſtfacto, pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus decedere, quis poteſt*, l. Circa, D. de inoffic. teſtamẽt. Menoch. cõſ. 1139. num. 52.

48 *Limita deinde vbi teſtamentum de iure naturali validum eſt*, Magdalen. de num. teſt. part. 2. cap. 4. num. 40.

49 *Limita denique in teſtante ad pias cauſas*, Bart. in l. 1. n. 70. C. de ſacroſan. Eccleſ. Deci. in d. l. Ius noſtrum, n. 7. Tiraq. de pia cauſ. priuil. 13. Intriglıol. ſingul. 97. nu. 16. lib. 3. Bimi. conſ. 277. num. 59. Magdalen. d. cap. 4. num. 39. Tuſch. d. concluſ. 96. num. 21.

50 TESTES *& inſtrumenta parem vim habent, diximus* liter. P. num. 195.

51 TESTIBVS *duobus affirmantibus magis creditur, quam mille negantibus*, l. Diem proferre, §. ſi plures (vbi gloſſ. verb. Conſenſerunt) D. de arbitr. Curt. de teſtibus concluſ. 3. Vincent. Carot. ſingul. 553. *infinitos referens* Farinac. eod. tract. de teſtibus quæſt. 65. num. 20. per quem num. ſeqq. *ampliationes, & limitationes plene vide. Quarum vnã aſsignat* Carot. d. loco *in criminalibus* ✝ 52 *nempe, in quibus magis creditur duobus negãtibus delictum, quã mille affirmantibus, quam (plurimis ſuo more relatis) tradit etiam* Farinac. d. quæſt. 65. numer. 154. & numer. 234. cum duobus ſeqq.

TITVLVM *non habere, vel nullum habere, paria ſunt*, 53 Surd. deciſ. 45. numer. 17. & conſ. 28. num. 52. Ceph. con. 160. numer. 11. Nat. conſ. 402. num. 54. Ioann. Mar. Nouar. quæſtion. forenſ. libr. 1. quæſtion. 126. numero 9.

TOTVM *continet ſuas partes*, 54 l. 1. §. ſi ſtipulante, D. de verb. oblig. l. ſi alij, D. de vſufruct. lega. l. In eo quod plus, 111. l. In toto 114. D. de regul. iur. cap. Plus, 35. cap. In toto 80. eod. tit. lib. 6. Gomez variar. tom. 2. c. 9. num. 4. Menoch. de arbitrar. lib. 2. caſu 47. n. 6. Couar variar. lib. 1. c. 2. ex n. 5 & c. vlt. n. 7. Stephan. Gratian diſcep. forenſ. tom. 4. c. 775. nu-

Digitized by Google

mer. 6. & 7. Cardin. Tuſ. tom. 8. lit. T. conclu. 336. *vbi* nu
55 6. *limitat*, † *quando totum con-ſtituens, in partes diuiſas eſt di-ſtinctum, & diuiſum, quia tūc vnaquæque pars per ſe ſtat; ſecus quando ſunt indiuiſa.*

56 TOTVM *qui dicit, nihil excludit, diximus ſupra,* lit. O. num. 17.

57 TOTO *vitiato, & quali-bet eius pars vitiatur*, l. ſi nemo, D. de teſtament. tutel.

58 TRACTVS *futuri temporis non pertinent ad iudicem*, l. Non quemadmodū, vbi Doct. D. de iudic. l. 1. §. Socius, D. de vſur. Surd. deciſ. 120. num. 5. & conſil. 340. num. 9. Ceual. commun. contra commun. tom. 4. quæſt. 899. num. 3.

59 TRADITIONIBVS *domi nia rerum transferūntur, diximus*, lit. D. num. 209.

60 TRASMISSIBILE *quod non eſt nec ceſſibile, notaui mus ſupra*, lit. A. num. 592.

61 TVRPITVDINEM *ſuam allegans non eſt audiendus, colligitur ex* text. in l. Mercenalem, C. de cond. ob turp. cauſ. l. Tranſact. C. de tranſact. l. Pignorib. *vbi* gloſ. C. de ſeruo commun. manumiſ. l. Cum profitearis, C. de re-uoc. donat. c. Inter dilectos, extr. de donat. *reſoluunt* Bernardus Diaz reg. 24. verſic. Quinto, Tiraq. de retract. lignag. §. 1. gloſſ. 18. n. 20. & 24. cum ſeqq. Sur. deciſ. 196. n. 6. & deciſ. 309. n. 16. Mari. Anton. variar. lib. 2. reſolut. 11. n. 75. Rota Roman. apud Farinac. deciſ. 665. num. 12. tom. 2. part. 1. Ioann. Mar. Bellet. diſquiſit. Clerical. p. 1. titul. de diſciplin. Clerical. §. 3. num. 12. pag. 22. Cardoſ. in praxi iudic. & ad-uocator. verb. Allegatio nu. 5. Aloyſ. Ricci. in praxi re-rum fori Eccleſiaſt. deciſion. 452. numer. 4. *alios refert* Cened. ad decret. collect. 10 num. 4. Cardin. Tuſch. lit. T. concluſ. 404. Viui deciſ. 67. libr. 1.

Amplia etiam in eo, qui eius 62
cui ſucceſſit, vel authoris turpi-tudinem allegat, l. Filios, C. de reuoc. his, quæ in fraud. credit. d. l. Cum profitearis, C. de reuocat. donat. Cra-uet. conſ. 125. n. 6. *vbi ampliat etiā*

Digitized by Google

etiā in ſucceſſore ſingulari, Car. Tuſch. d. conclu. 404. num. 7. & num. 18. 19. & 20. Coſta de facti ſcient. & ignor. centur. 1. diſtinction. 62. num. 10. Mari Giurb. in conſuet. Senat. Meſſan. cap. 2. gloſſ. 11. nu. 5. Viui. d. loco num. 5. *Quam ampliationem multis modis limitat*, Tuſch. d. loco, præcipue â numer. 75. cum ſeqq.

63 *Intellige regulam hanc procedere tātum in materia, in qua turpitudinem allegans liberam habet poteſtatem, de iure quę poteſt diſponere, tunc enim (ne ei dem turpitudo patrocinetur, contra* cap. Ex tenore. in fin. de praſcription.) *non auditur illā allegans, ſecus ſi liberam poteſtatem non habeat prout contingit, vbi principaliter in Reipublicæ, Eccleſiæ, vel animæ bonum allegatur, vt* in capit. Lator, de re iudic. *Ita (ex aliorum mēte) recte aduertit* Sarmi. libr. 3. ſelect. cap. 13. num. 5. & num. 11. *Cui reſolutioni ſubſcribunt* Franc. Molin de ritu nuptial, libr. 1. capit. 13. numer. 15. & Thom. de Thomaſet. reg. 32. Viui. dict. deciſ. 67. num. 7. *Vbi quod quādo periculum animæ vertitur, propria turpitudo allegari poteſt*, nu. 9. *in Eccleſiæ fauorem.*

Intellige etiam vbi quis ad ſuum commodum, & vtilitatē, turpitudinem ſuam allegat, ſecus ſi ad ſuum damnum, DD. in l. Ius iurandum ex conuentione, §. Procurator, D. de iur. iur. Roland. conſ. 24. num. 72. volum. 1. *quem citat* Bellet. diſquiſit. cleric. d. §. 3. num. 12. 65

Limita, quando turpitudinem allegans ſemel fuerit admiſſus, vel turpitudo detecta, quia tunc ex detecto periurio, vel turpitudine poterit ſe iuuare, ex reſolutis per Coſt. in l. ſi ex cautione, fallent. 9. numer. 2. Cardoſ. d. verb. Allegatio, numer. 5. Viui. d. deciſ. 67. numer. 8.

Limita etiam in criminalibus miſericorditer iudicis officium implorando, Signorol. conſil. 180. in princip. verſ. Aut miſericorditer, Tuſch. dict. concluſ. 404. num. 44. 66

Limita deinde in allegante turpitudinem contra turpitudinis participem, Caſtrenſ. con- 67

ſil. 353. in fin. lib. 1, Cepol. conſ. 57. num. 4. verſ. Et primo, Tuſch. dict. loco, n. 65. 67. & 74. Tiraquel. de retract. lig. §. 1. gloſ. 18. numer. 72. Surd. conſ. 371. numer. 89.

68 *Quod tamen ſublimitat* Tiraq. vbi proximè. *in excipiente, vel replicante contra turpitudinis participem, de lucro certantem*, & gloſ. 2. numer. 15. Cardin. Tuſch. dict. conclu. 404. num. 74. *infinitos referens* Mari. Giurb. in conſuet. Senat. Meſſan. dict. cap. 2. gloſ. 11. num. 5. verſ. Excipiendo tamen, part. 1. *qui etiam* ibidem, verſic. & vbi actus, *limitat pariter, quando a-*
69 *ctus contra legem † fuit geſtus, quia tunc ſuam vel authoris licet turpitudinem allegare, citat* Iaſ. in d. l. Ius iurandũ, quod ex conuentione, §. Procurator, num. 30 D. de iure iur. Ruin. conſil. 125, num. 5. vol. 1. conſ. 78. num. 7. volum. 4. & conſil 72. num. 1 vol. 5. Menoch. conſ. 1239 n. 10. & conſil. 1101 n. 50. *cum alijs.*

70 TVRPIS *eſt pars, quæ vniuerſo non congruit*, capit. 2. diſt. 8.

TVRPIVS *eijcitur, quam* 71
non admittitur hoſpes, deſumitur ex Ouid. triſti. libr. 5. eleg. 7. *& probat* tex. in cap. Quemadmodũ, §. Alioquin, de iure iur. gloſ. in cap. Per veſtras, verſ. Ad inopiam, de donat. inter vir. & vxor. *exornat* Tiraq. de iure conſtit. p. 3. limit. 7. nu. 43. Surd. de alim. tit. 7. quæſt. 17. n. 41. & conſ. 174. num. 13. conſil. 175. num. 42. conſil. 371. n. 54. Cardin. Tuſch. tom. 3. liter. F. concluſ. 12. num. 4. Anton. Monach. deciſ. Florent. 24. num. 36. & Bonon. deciſ. 19. num. 33. Cardin. Seraphin. Rota Rom. deciſ. 1483. num. 14. Ioan. Mar. Bellet. diſquiſit. cleric. p. 1. tit. De diſciplina clerical. §. 29. nu. 7. pag. 163.

V

VARIATIO *ibi dicitur*, 1
vbi diuerſarũ rerũ electio datur, l. Eum qui certarũ, 138. §. 1. D de verb. oblig. Ioan. Mari. Nouar. in praxi elect. & va-

Digitized by Google

variat. fori, deciſ. 30. numero 5. *quas in fine*, dict. praxis *locauit*.

2 VARIARE *non licet*, Clement. vnic, de renunciat *vbi* Cardin. & Bonif. de Vital. poſt gloſ, *concordantia adducunt*, cap. Quod ſemel placuit, de reg. iur. in 6. l. Nemo poteſt mutare, 75. D. eod. tit. l. Quod in hæredem, §. Eligere, D. de tribut. act. Molin. de primog. lib. 4. cap. 4. nu. 36. Theſaur. lib. 1. q. forenſ. 65. num. 7. Cardin. Tuſch. lit. V. concluſ. 21. Flamin. Pariſ. de reſign. benef. lib. 3. quæſt. 18. n. 50. *prope infinitos referens* Mari. Giurb. in conſuetud. Senat. Meſſan. cap. 10. gloſ. 6. n. 22. verſ. Contra, & n. ſeq. p. 1. *cum adductis ſupra* lit. A. num. 291. & lit. E. num. 25.

3 *Eſt enim variatio odioſa*, Calderin. conſil. 438. aliàs, 21. de iure patronat. in princip. Tuſch. dict. concl. 21. num. 2. Ioan. Mar. Nouar. quæſt. forenſ. lib. 1. q. 44. numer. 6. Magon. deciſ. Florent. 2. n. 11. *Et legibus inimica*, Bald. conſil. 326. n. 4. lib. 1. Nouar. in praxi electión. & variat. fori, quæſt. 1. n. 3. & quæſt. 3. num. 9 ſect. 1.

Et ideo reſtringenda, Calderin. Tuſch. & Nouar. dict. locis. *Et in quibus liceat variare, vel non, vide late* Tuſch. dict. lit. V. concluſ. 20. 21. & 22. *pluchre* Nicol. Moron. de treug. & pace, quæſt. 121. á numer. 180. cum ſeq. 4

VARIATA *perſona, variatur conditio rei: diximus ſupra*, lit. M. num. 216. 5

VELLE *eius eſt, cuius eſt nolle*, l. 3. D. de regul. iur. Cæſar. Argel. de contra dictor. legit. quæſt. 4. num. 38. Thom. de Thomaſet. in florib. legum, regul. 106. *vbi procedere dicit ante contractum initum*. 6

Et nolle non dicitur, qui non poteſt velle, l. 4. D. de adquir. hæred. l. Pater, in princip. D. de condit. & demonſtr. *cũ traditis ſupra*, liter. N. numer. 45. 7

VENDERE *ſibi ipſi nemo poteſt*, l. Neque pignus, 45. aliàs, 46. D. de regul. iur. l. Suæ rei, 16. D. de contrah. empt. l. Cum 8

Digitized by Google

res, 4. C. eod. tit. *Nec etiam rem alienam, & ſi procurator conſtitutus ſit ad vendendũ cuicumque voluerit*, Scacc. de cõmerc. §. 1. quæſt. 7. part. 1. numer. 15. *allegat* Rot. Genuenſ. deciſ. 4. num. 3. *Li-*
9 *mita † in emente res proprias à ſe ipſo, nomine, & mandato alterius, vt per eundem* Scacc. d. tract. §. 6. gloſ. 1. numer. 69.

10 VENDERE *rem ſuam nemo cogitur, aut alienam comparare*, l. Inuitum, 11. C. de contrah. empt. l. Nec emere, 16. C. de iure deliber. l. Poſſeſſores, 12. C. de fund. patrimon. lib. 11. l. Nemo exterus. 8. C. de Iudæis. *Nec etiam iuſto pretio*, l Non enim 9. D. de action. rer. amotar. *de iure Regio*, l. 3 tit. 5. par. 5. vbi latè Gregor. Socin. regul. 425. Fabi. de Monte, de empt. & vendit. q. 3. princ. numer. 38. & ſequent. Card. Tuſch. lit. E. concluſ. 117. & liter. V. concluſ. 59. Anton. Gomez variar. tom. 2. capit 2. num. 51. in fin. Didac. Perez in l. 2. tit. 7. lib. 5. Ordinam, verſ. Quæritur vtrum quis compellatur, & in l. 2. tit. 23. lib. 2 gloſ. 1. verſicul. Tandem quæro, Hieronym. Buccar. de differ. inter iudic. ciuil. & crimin. differ. 100. num. 18. Ioan. Mar. Nouar. quæſt. forenſ. lib. 1. quæſt. 32. numer. 5. 6. & 7. Nos de priuileg. pauper. & miſerab. perſon. part. 1. q. 24. numer. 1. & ſeq. *vbi limi*
tamus, neceſſitatis, † & pauper 11
tatis ratione, ex l. 1. C. de Epiſcop. aud. l. 1. §. Cura carnis, D. de offic. præfect. vrb. *& alijs, ibique ampliamus. Pro alijs limitationibus ad* Bart. in l. 1. C. de commun. ſeruo manumiſ. *optimè agentem, ad alioſque ſupra relatos licet recurrere*, Socinum *præſertim*, Tuſch. & Nouar. citatis locis. *Qui ſcilicet* Nouar. dict. quæſt 32. numer. 1. 2. & 3. *limitat*
† fauore Eccleſiæ, pro eius con- 12
ſtructione, ampliatione, vel Monaſterij clauſtro, dormitorio, aut etiam viridario, & quæſt. 31. num. 1. *pro ſeminarij erectione*.

VENDERE *aliud eſt, a-* 13
liud promittere de vendẽdo. Promiſſio enim de vendendo,

do, venditio non eſt, l. In bonæ fidei, D. de eo quod cert. loc. Tiraquel. de retract. conuent. in fin. numer. 41. & ſequentib. *latè* Roland. à Valle conſil. 69. num. 12. & ſequétib. lib. 3. Surd. conſil 52. num. 13. & ſequent. Ioſeph. Ludouic. *copioſiſſime, cum ampliationibus, & limitationibus*, commun. concluſ. tit. de emp. & vendit. concluſ. 1. per tot. lib. 3. Cardin Tuſcb. liter. V. concluſ. 43.

14 VENTER *non patitur dilationem*, Surd. de aliment. 1. quæſt. 44. numer. 36. & tit. 8. priuileg. 11. numer. 3. & deciſ. 323. numer. 9. Giurb. deciſ. 4. numer. 45. Nos de priuileg. pauper. & miſerperſ. part. 1. quæſt. 50. numer. 8.

15 VERBA *ſunt ſigna, & teſtimonium mentis noſtræ, & animi voluntatem demonſtrant*, l. Labeo, 7. §. Tubero, D. de ſupel. legat. l. Scire, D. de tut. & curat. dat. ab his, l. 1. §. Diuus, D. ad leg. Cornel. de ſicar. gloſ. magiſt. verb. Animus, in l. Fulcinius, §. Quid ſit latitare, D. quib. ex cauſ in poſſeſſ. eatur, l. Reprehendenda, C. de inſt. & ſubſtit. l. Generaliter, C. de non numer. pec. *cum ſimilibus, de quibus* Menoch. conſ. 1, numer. 262. & de Præſum. lib. 3. quæſt. 1. nu. 39. & de arbit. lib. 1. quæſt. 7. numer. 75. Maſcard. de probat. concluſ. 1415. num. 24. cum ſeq. Surd. de alim. tit. 2. quæſt. 2. numer. 1. & conſ. 179. numer. 61. Tiraq. in l. Si vnquam, verb. Libertis, numer. 18. C. de reuoc. donat. Cardin. Mantic, de coniect. vlt. volunt. lib. 3. capit. 4 Aluarad. de coniectur. mente defuncti, lib. 1. cap. 1. Menchs. controuer. illuſtr. capit. 58. numer. 7. Flam. de reſignat. tom. 1. libr. 1. quæſt. 13. numer. 29. Brunor à Sole in locis commun. verb. Homo, 4. Mari. Antonin. variar. libr. 1. reſolut. 4. numer. 9. Farinc. in prax. crimin. part. 5. q. 126. numer. 158. & part. 3. in fragm. liter. A. num 229. & deciſ. 130. numer. 3. tom. 1. part. 1.

Et mentis nuncij, nec præſu- 16

mendum eſt, quempiam dicere, quod non prius mente agitaueris Menoch. de præſumpt. libr. 1. quæſt, 22. num. 1.& 2. vbi, quod verba, & ſermones ſunt ingeniorum, morumque imagines, Caſtill. controuerſ. lib. 5. p. 2. c. 107. n. 2. Vnde eleganter ſcientiſſimus Senec. de Moribus: Si aliquid cogitaueris; cito apparebit conuerſantibus.

17 Et verba debent deſeruire intentioni, non intentio verbis, ex regul. l. Non aliter, D. de legat. 3. l. 3. §. Conditio, D. de adim. legat. cap. Sedulo, 38. diſt. cap. Secundo requiris, de appel. cap. Intelligentia, de verb. ſignific. Tiraq. in l. Si vnquam, verb. Libertis, nu. 47. C. de reuoc. donat. & de retract. lignag. §. 32. gloſ. 1. numer. 34. & 35. Cardin. Mantic. de coniectur vltim. volunt. libr. 3. tit. 3. num. 9. Simon de Pret. de interpret. vltim. volunt. lib. 2. dubit. 2. ſolut. 1. á nu. 280. iuncto num. 215. Brunor à Sole in locis commun. verb. Verba, nu. 2. Caſtillo contro uerſ. lib. 5. p. 2. c. 86. n. 40.

Et non ſecundũ quod ſonant, 18 ſed ſecundum mentem, & intentionem proferentis intelligenda ſunt verba, l. Non omnis, in princ. D. ſi cert. pet. l. 3. §. Si quis hoc interdicto, D. de itiner. actuq; priuat. l. Scire oportet, §. Aliud, D. de excuſat. tutor. l. Non aliter, 69. D. de legat. 3. l. Sed Celſus, §. 1. vbi gloſ. verſ. Sequendum, D. de contrah. empt. cap. Intelligentia, & cap. Propterea, extr. de verbor. ſignific. Tiraq. in dict. l. Si vnquã verb. Libertis, num. 48. Nauar. in manual. cap. 23. numer. 38. Surd. conſil. 431. n. 35. Gonçal. ad regul. 8. Cancel. gloſ. 48. num. 55. Franc. Molin. de ritu nupt. libr. 3. quæſt. 85. num. 50. cum citatis ſupra, liter. M, num. 71.

Et vbicumque conſtat de mẽte diſponentis, expreſſa, vel præſumpta, verborum qualitas non attenditur, l. 3. C. de liber. præter. l. Quoniam indignũ, C. de teſtam. 19

Vbi autem de mente dubitatur, à verborum proprietate nõ receditur, dict. l. Non aliter, & latius infra proxime,

VER-

20 VERBA *ſecundum propriam ſignificationem interpretanda ſunt*, l. Non aliter, 69 D. de legat. 3. Surd. deciſ. 288. num. 27. Cardoſ. in praxi iudic. & aduocator. verb. Verbum, num. 6. Brunor à Sole in locis commun. verb. Verba, 1. Melchior. Phœb. deciſ. 77. num. 14. Cardin. Tuſch. tom. 8. lit. V. concl. 91. Mari. Giurb. in conſuetud. Senat. Meſſan. cap. 5. gloſ. 6. num. 4. & c. 6. gloſ. 5. nu. 2. Statil. Pacific. de Saluian. interdict. inſpect. 3. cap. 1. numer. 6.

VERBIq; *proprietas in dubio attendi debet, nec ab ea eſt recedendum*, l. 1. §. Sed ſi is qui nauem, verſic. In re igitur dubia, D. de exercit. act. l. Quidquid aſtringendæ, 99. D. de verb. oblig. l. Proſpexit, in princip. verſ. Ipſa ergo, D. qui & à quib. Crauet. conſ. 288. nu. 3. ex verſ. Itaque, Franc. Becci. conſ. 21. n. 13. Surd conſ. 315. n. 18. & conſ. 369. num. 5. Steph. Gratian. deciſ. 43. n. 12.

Et ſecundum Grammaticalẽ ſenſum debet accipi, Neuizan. conſil. 92. num. 11. Nos de priuil. pauper. & miſer. perſ. p. 1. quæſt. 1. nu. 11. & numer. 21. & ſeq. *vbi exornamus.*

Et in verbis contractuum, d. l. Quidquid aſtringendæ, Surd. deciſ. 288. numer. 27. Mendez à Caſtro in praxi Liſit. lib. 3 c. 15. n. 20.

Legis, aut ſtatuti, l. 3. §. Hæc verba, D. de negot. geſt. d. l. 1. §. Is qui nauem, *cum alijs ſupra proxime* Cardoſ. d. verb, Verbum, nu. 16. Seſſ. de inhibit. cap. 4. §. 5. num. 19. Becci. conſil. 53. nu. 4. Surd. conſil. 425. n. 31. & ſeq. *cum adductis* à Nobis d. quæſt. 1. numer. 10.

Sunt intelligenda verba, quatenus propria eorum ſignificatio patitur, l. Cum lege, D. de teſtam. l. 1. §. Quod autẽ, D. de aleator. cap. Ad audientiam, de decim. Cardin. Mantic. de coniectur. vltim. volunt. lib. 8. tit. 18. num. 35. Petr. Barboſ. in l. Quia tale, nu. 37. D. ſolut. matri. Rot. Rom. apud. Farin. dec. 352. n. 1. to. 1. p. 1. *vbi aſſerit, nulla in materia quantũuis odioſa, à proprie-*

tate

Digitized by Google

tate verborum recedi, ſed latã fieri interpretationem, quatenus eorum proprietas patitur.

Et ab eis nõ recedendũ, quantumuis rigida ſit diſpoſitio, tradit Ioan. Anton. Mangil. de imputat. quæſt. 52. numer. 40. & 44.

21 *Limita multipliciter, vt per acutiſsimum* Alciat. in tract. de verb. ſignic. lib. 2. â numer 4. cum ſeqq. & infra proximè numer. 24. *limitationem aſsignamus.*

22 VERBA *magis declarant animum, quam facta,* l. Recuri, D. de adquir. hæredit. l. Reconuinct, D. de legat. 3.

23 VERBA *ſecundum communem vſum loquendi intelligi debent* l. Liberorũ, §. Quod tamen Caſsius, vbi Bart. D. de legat. 3 l. Labeo, D. de ſupellect. legat. l. Cum de lanionis, §. Item, verſic. Optimum ergo, D. de fund. inſtruct. l. Cum autem, C. de donat. ante nupt. Sur. cõſ. 313, n. 87 & conſ. 454. num. 28. Cardin. Mantic. de coniectur. vltim. volunt. lib. 3. tit, 8. num. 1. Fr. Anton. à Souſ. in tract. de cenſur. Bullæ Cœnæ, capit. 2. numer. 4. & cap. 6. diſput. 39. num. 3 & cap. 7. numer. 5. Mangil. de imputationib. quæſtion. 57. numer. 13.

Vulgaris enim appellatio pro lege habetur, Gonçal. ad regul. 8. Cancel. gloſ. 11. numer. 68. & gloſ. 13. numero 61.

Et ſecundum communem hominum intellectum accipienda ſunt verba, Didac. Perez in l. 2. gloſ. Cornudo, in princip. tit. 9. lib. 6. Ordinam.

Et ſecundum conſuetudinem Regionis, Stephan. Gratian. diſcept. forenſ. tom. 1. c. 78. nu. 29.

Et verborum communis ſenſus, qualitas, & conditio perſonarum attendenda eſt, Socin. regul. 536 limit. 8. Couar. de ſponſal. part. 2. cap. 4. §. 1. nu. 2.

Et ob cõmunem vſum loquendi à propria verborum ſignificatione receditur, Ioan Antoni. Mangil. de imputationib. q. 58. numer. 15. & 16. *allegat* Bartol. in dict. §. Quod tamen Caſsius, & conſ. 73. numer. 24

Digitized by Google

mer. 1. volum. 2. *& alios.*

25 *Et attento iure communi, nõ ſpeciali verba intelligenda ſunt,* l. fin. C, de his qui veni. ætat. impetrauer.

Limita & intellige vt hac liter. num. 75.

26 **V**ERBA *intelliguntur ſecũdum qualitatem perſonæ ad quam referuntur,* l. Plenum, 12. §. Equitij, D. de vſu & habit. l. Ex militari, D. de milit. teſtam. Ioan. Anton. Mangil. de imputat. quæſt. 126. numer. 8. Caſtill. controuerſ. lib. 5. part. 2. capit. 84. numer. 6. & numer. 10. 25. & 26. Vincent. Fuſar. de ſubſtitut quæſt. 339. numero 21.

27 **V**ERBA *ſecundum ſubiectam materiam. & naturam contractus intelligi debent,* l. Cum pater, §. Donatum, D. de legat. 2. l. Si vno, & ibi Bartol. D. locat. l. Sed etſi poſſeſſori, 11. §. Item, ſi iurauero, D. de iure iur. l. fin. C. de non numer. pecun. l. Cum manufacta, in fin. D. de contrah. empt. l. Damni infecti, in princip. D. de damn. infect. l. Fluminum, §. Hæc ſtipulatio, D. eod. tit. l. Proculus, D. de vſufruct. l. Stipulatus, D. de vſur. l. Vbi ita donatur, D. de donat. cauſa mort. l. Inſulam, D. de præſcrip. verb. l. Si olei, C. locat. capit. Conſtitutus, extra de religioſ. domib. capit. Solitæ, de maiorit. & obed. Euerard. in topic. legal. loco, 46. Maſcard. de probat. concluſ. 1131. num. 20. Menoch. de præſumpt. libr. 3. q. 104. numer. 28. Surd. deciſ. 2. num 13. & deciſ. 43. numer. 16. & de aliment. tit. 1. quæſt. 42. numer. 24. & tit. 5. quæſt. 1. numer. 26. Pichard. in diſput. de mora, n. 127. Cald. Pereir. de extinct. emphyt. capit. 1. numer. 35. Gonçal. ad regul. 8. Cancel. gloſ. 48. n. 53. 54. & 58. Cardoſ. in praxi iudic. & aduocator. verb. Verbum, numer. 4. Brunor à Sole in locis commun. eod. verb num. 19. Rota Roman. apud Farinac. deciſ. 62. in nouiſſ. & deciſ. 398. numer. 4. tom. 1. part. 1. Cardin. Tuſch. tom. 8. liter. V. concluſ. 95. Cardin. Seraphin. Rota Roman.

Digitized by Google

man. decis. 121. numer. 11. decis. 398. num. 7. & decis. 541. numer. 6. Caſtil. controuerſ. libr. 5. part. 2. cap. 87. numer. 7. & ſeq. *vbi plene,* Ioan. Mar. Nouar. quæſt. forenſ. lib. 1. quæſt. 8. nume ro 3.

28 *Et impropriari debent verba vt materia qua de agitur conueniant,* §. Nunc autem admonendi (vbi gloſ. verb. Dederint) inſtit. quib. alien. lic. vel non.

29 *Et quantumcumq; præciſa verba ſecundum ſubiectam materiã reſtringuntur,* Flores Di az var. quæſt. 24. num. 33. Caſtil. d. cap. 87. numer. 8. & ſeq. *amplians etiam in materia ſtricta,* numer. 9. & 10. Tiraquel. (*vtrumque firmans*) in l. Si vnquam, verb. Reuertatur, numer. 37. C. de reuoc. donat.

30 VERBA *debent intelligi cum effectu,* l. 2. §. Hæc verba, D. quod quiſque iur. l. pen. §. Docere, D. Ne quis eum, l. Quoties, D. qui ſatiſd. cog. l. 4. §. Condemnatum, D. de re iudic. l. Si Barſatoram, D. de fideiuſſor. capit. Relatum, vbi gloſ. extr. de cleric. non reſid. cap. Qualiter, vbi gloſ. vlt. de pact. cap. Si à iudice, de appellat. lib. 6. Thom. de Thomaſet. regul. 304. Surd. conſil. 3. numer. 25. & conſ. 179. numer. 49. Ignat. del. Villar in ſylua reſponſ. reſp. 1. num. 25 Fr. Anton. à Souſ. in relect. de cenſur. Bull. Cœnæ, cap. 4. diſput. 26. numer. 2. & c. 11. num. 6. & cap. 12, diſpu. 63. numer. 2. Aloyſ. Ricci. cur. Archiep. Neapol. decis. 41. num. 3. part. 2. Vgolin. de offic. & poteſt. Epiſcop. capit. 36. §. 1. numer. 2, Cardin. Tuſch. tom. 8. liter. V. concluſ. 90. Cardoſ. in praxi iudic. & aduocator. verb. Verbum, numer. 5. Franciſ. Galet. in margarit. caſuum conſcient. verb. Verba, Caſtill. controuerſ. lib. 5. p. 2. cap. 96. numer. 5. Ioan. Mar. Nouar. quæſt. forenſ. libr. 1. quæſt. 1. num. 3. & 4. Ouid. de Amic. de iure emphyt. quæſt. 3. numer. 8. & quæſt. 75. numer. 4. Fuſar. de ſubſtit. quæſtion. 650. numero 6.

Digitized by Google

31 VERBA *debent aliquid operari*, l. 3. in princip. D. de iure iur. l. Si quando, 109. D. de legat. 1. l. fin. D. Ne quid in loco publ. capit. Si Papa, in fin. extr. de priuileg. lib. 6. cap. Si à iudice, de appellat. eod. lib. Tiraquel. de iure conſti. p. 3. limit. 30. nu. 36. & de retract. conuent. §. 1. gloſ. 2. n. 24. & n. 45. Crauet. conſ. 23. n. 3. Maſcard. de probat. conclu. 595. Surd. deciſ. 64. n. 19. conſil. 127. nu. 9. conſil. 218. n. 15. & cõſil. 270. n. 10. Burg de Paz cõſ. 25. n. 21. Pichard. ad §. Quod ſi fugerit, n. 15. inſt. de empt. Gutier practic. lib. 3. q. 15. n. 39. Cald. Perei. de renouat. emphyt. quæſt. 11. numer. 14. Gonçal. ad regul. 8. Cancel. §. 7. procem. numer. 127. Stephan. Gratian. deciſ. 47. num. 17. & deciſ 106. num. 19. Benedict. A Egid. in repet. l. Ex hoc iure, D. de iuſt. & iur. part. 1. cap. 8 numer. 2. Bertazol. de clauſ. inſtrum. clauſ. 21. gloſ 14. numer. 10 & in repetit. l. Si quis maior, C. de tranſact. numer. 241. Cardin. Tuſch. tom. 8. liter. V. concluſ. 85. Ioan. Mar. Nouar. quæſt. forenſ. libr. 1. quæſt. 142. numer. 7. Statil. Pacific. de Saluian. interdict. inſpect. 3. capit. 1. numero 29.

Et nullum debet eſſe verbum ſine virtute aliquid operandi, Surd. conſil. 524. num. 12. *etiam minimum*, Bertazol. in dict. l. Si quis maior, numer. 246. *cum traditis ſupra*, liter. L. num. 14.

Et ita debent intelligi verba, ne maneant ſine effectu, l. Si ſtipulatus fuero, D. de verb. oblig. Menoch. conſil. 122. num. 48. & conſil. 373. numer. 8. Surd. de aliment. tit. 9. q. 16. n. 60. cum ſeq. 32

Nam verborum ſubſtantia, & effectus, non ſonus attendi debet, l. Inſulam, D. de præſcript. verb. cap. In tantum, extr. de Simon. Surd. deciſ. 303. num. 5. & conſil. 3. nu. 26. cum ſeq. & de aliment. tit. 9. q. 16. n. 22. Flamin. de reſig. to. 2. lib. 8. q. 8. nu. 134. Pinel. in rubr. de reſcind. vẽdit. part. 2. cap. 1. numer. 3. in fin. Mari. Anton. variar. lib. 1. reſolut. 1. nu. 7. 33

Et

Digitized by Google

34 *Et vt aliquid operentur impropriari debent potius verba, quam vt ſint ſuperflua*, l. Si tã anguſti, 12. vbi Angel. D. de ſeruit. l. Si tibi (vbi Bart. & Doct.) D. ſi cert. pet. cap. Si ſententia, de ſentent. excommun. lib. 6. Surd. de aliment. titul. 2. quæſt. 1. numer. 39. & deciſ. 195. num. 2. Cald. Pere. de extinct. emphyt. cap. 7. num. 33. Brunor â Sole in locis commun. verb. Verba, 3. & 13.

35 *Et debent interpretari vt aliquid operentur in quacumque materia, etiam ſtricta, & odioſa In diſpenſatione*, Rot. Rom. apud Farin. deciſ. 352. num. 2. tom. 1. part. 1.

In contractibus, l. Si ſtipulatus, D. de vſur.

In ſtatutis, l. 1. in fin. D. ad municip.

Et in priuilegijs, d. cap. Si Papa, Bertazol. in dict. l. Si quis maior, num. 243. cum duobus ſeq.

36 *Limita, vt per* Menoch. conſ. 179. num. 20. *Vbi quod ſæpe ſuperuacanea verba, ſcribũtur, & ſtant ſine virtute aliquid operandi, ex* Iaſ. in l. Petens, numer. 8. C. de pact. & in l. Cum proponas. numer. 3. C. de tranſact. Crauet conſil. 80. num. 11. *& alijs.*

Et cum de contraria mente contrahentium conſtat, aut quãdo ſubiecta materia aliud ſuadet, ex Socin. Iun. conſil. 45 num. 25. lib. 1. & Deci. conſ. 473. num. 11.

VERBA *dubia in potiori ſignificatu ſunt accipienda, & ſecundum Grammaticalem ſenſum*, l. 1. §. Qui in perpetuum, D. ſi ager vectig. l. 1. §. Si is qui nauem, D. de exercit. act. §. Sed ius quidem ciuile inſtit. de iure natur. gent. & ciuil. capit. pen. de ſentent. excommun. Surd. conſil. 230. numer. 20. Menoch. de præſumpt. lib. 3. q. 39. â num. 8. Cardin. Mantic. de coniectur. vlt. volunt. lib. 5. tit. 1. num. 6. Fr. Anton. â Souſ. in relect. de cenſur. Bullæ Cœnæ, cap. 2. nu. 4. Benedict. AEgid. in repet. l. Ex hoc iure, D. de iuſt. & iur. part. 1. cap. 10. num. 37. Franc. Molin. de ritu nupt. lib. 1. cap. 14. numer. 24. Cardin. Tuſch. tom. 8. lit. V. 37

con-

concluſ. 101. Barthol. Perez ad extrauag. Ambitioſæ, de reb. Eccleſ. non alien. num. 15. pag. 92. Ioan. Mar. Nouar. quæſt. forenſ. libr. 1. q. 1. numer. 4. Vincent. Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 341. numero 3.

38 *Et in aptiori ſignificatu accipienda ſunt*, l. Quoties idem ſermo, D. de regul. iur. Cardin. Tuſch. practic. concluſ. tom. 8. lit. V. concluſ. 98.

39 VERBA *in dubio naturaliter, propriè, & vere, non accidentaliter, ciuiliter, & ficte interpretanda ſunt*, l. fin. C. de his qui ven. ætat. impetrau. l. Fideicommiſſum, D. de cōd. & demonſtr. l. Ex ea parte, §. In inſulam, D. de verb. oblig. l. Si quis ita, §. fin. D. de legat. 2. Cardin. Tuſch. tom. 8. lit. V. concluſ. 102. Mari. Antonin. variar. libr. 1. reſolut. 4. num. 9. Franc. Galet. in margarit. caſuum conſcient. verb. Verba, Cardin. Mantic. de coniectur. libr. 3. tit. 4. numer. 15 Gallin. de verbor. ſignific. libr. 2. capit. 21. numer. 8. & lib. 3. cap. 19. numer. 2. Nicol. Garc. de Benefic. d. 7. cap. 9. numer. 32. Tiraq. de iure marit. gloſ. 7. numer. 14. & de iure primog. q. 1. numer. 10, & quæſt. 34. num. 17. & quæſt. 40. numer. 134. & in tract. le mort. part. 3. declar. 1. num. 1. Menoch. de præſumpt. lib. 4. quæſt. 81. num. 19. & conſ. 97. num. 86, Sur. deciſ. 303. num. 1. & conſ. 90. num. 24. Cald. de nomin. emphyt. q. 13. numer. 12. col. 2. in fin. Cardoſ. in praxi iudic. verb. Verbum, numer. 6. Mangil. de imputat. quæſt. 77. numer. 88 Nouar. quæſt. forenſ. lib. 1. quæſt. 1. numer. 6. Caſtil. controuerſ. lib 5. part. 2. cap. 131. nu. 7. Vincent. Fuſar. de ſubſtit. q. 383. num. 3. & quæſt 386. numer. 39.

Etſi ciuiliter, & naturaliter verba intelligi poſſint; naturaliter potius, quam ciuiliter debent intelligi, d. l. fin. C. de his qui ven. ætat. & d. §. In inſulam, l. Statius Florus, §. Cornelio Fælici, D. de iure fiſc. Tiraquel. in l. Si vnquā, verb. Suſceperit liberos, C. de reuoc. donat. nu. 15. Ioan. An-

Digitized by Google

Anton. Mangil. de imputat, quæſt. 110. num. 23. & ſeq.

40 VERBA *in dubio ſimpliciter, & non ſecundum quid intelligenda ſunt* l. Hoc legatum, in fin. D. de legat. 3. l. 1. §. Si quis ſimpliciter, D. de verbor. obligat. Cardin. Tuſch. tom. 8. lit. V. conclu. 97.

41 VERBA *ſimpliciter prolata ad intellectum legum referri debent*, l. 1. C. de fruct. & lit. expenſ.

42 VERBA *ſimpliciter prolata intelliguntur de primo actu* l. Dotis promiſsio, D. de iure dot. l. Boues, §. Hoc ſermone, D. de verb. ſignific. *& notauimus ſupra*, lit. D. num. 123. & liter. S. num. 28.

43 VERBA *dubia ſecundum naturam rei, cui adijciuntur intelligi debent*, l. Si vno, in princip. (& ibi gloſ. Bart. & Bald.) D. locat. cap. Conſtitutus, de religioſ. domib. *cum alijs ſupra citatis* hac ead. lit. numer 27. Cardin. Tuſ. lit. V. concluſ. 96. Peralta in l. Si quis in principio teſtamẽti, num. 76. & 77. D. de legat. 3. Tiraquel. in l. Boues, §. Hoc ſermone, limit. 18. numer. 1. & 2. *Vbi ex hac regula illius, §. determinationem limitat, vt de primo actu non intelligatur, quando rei natura, vel ſubiecta materia repugnat*, Alex. Raudenſ. de analog. lib. 1. cap. 23. num. 11. & 12. & cap. 34. numer. 235. Surd. deciſ. 322. num. 37. *infinitos referens* Caſtill. controuerſ. lib. 5. p. 2. cap. 86. numer. 3. & ſequent. *vbi multipliciter ampliat, multipliciter etiam* Tiraq. in l. Si vnquam, verb. Reuertatur, num. 37. C. de reuoc. donat.

VERBA *in dubio, rebus ſic ſtantibus intelligenda ſunt* 44
l. Quod Seruius (vbi gloſ. ver. Poteſt) D. de condict. ob cauſ l. fin. §. Idem quæſijt, D. de condict. indebit. l. Paulo Callimacho, §. 1. D. de legat. 3. *cum adductis ſup.* liter. D. num. 105.

VERBA *in dubio potius* 45
modaliter, quam conditionaliter intelliguntur, l. Quæro, §. Inter locatorem, D locat.

Modus enim in dubio potius præſumitur, quam conditio, vt notauimus ſupra, lit. M. n. 103.

VER-

Digitized by Google

46 VERBA *in dubio de actu validio ſunt intelligenda*. L. 4. §. Condemnatum, D. de re iudic. Cardin. Tuſch. tom 8. lit. V. concluſ. 99. & ſeq.

47 VERBA *dubia contra proferentem ſunt interpretanda*, l. Veteribus, 40. vbi Bart. D. de pact. l. Quidquid aſtringendæ, D. de verb. oblig. l. Labeo, D. de contrah. empt. l. 2. tit. 33. p. 7. Menoch. cōſ 110. num. 36. & conſ. 179. numer. 19. Surd. deciſ. 322. numer. 63. & de aliment. tit. 6. quæſt. 1. numer. 26. Petr. Barboſ. in l. Si quis intentione ambigua, 66. num. 28. D. de iudic. Mendez à Caſtr. in praxi Luſit. libr. 1. capit. 3. numer. 41. Cardoſ. in praxi iudic. & aduocator. verb. Verbum, numer. 9. Cardin. Tuſ. tom. 8. lit. V. concluſ. 106. Mari. Anton. variar. lib. 2. reſolut. 23. num. 19.

48 *Quod licet verum ſit in contractibus; ſecus fit in libellis*, l. Inter ſtipulantem, §. Si Stichum, D. de verb. obligat. Bald. conſ. 489. numer. 3. in fin. Caſtrenſ conſ. 199. nu. 4. lib. 2. Rom. cōſ. 136. in princ. AEgid. dec. 733. in fin.

Cur autem in iudicijs in fauorem proferētis interpretatio fiat; non vero in contractibus? vide Cardin. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 2. tit. 4. n. 99. cum ſeq. *& alios relatos ab* Alphan. collect. 248. 49

VERBA *ambigua ſecundū ius commune, & ſtatuta ſunt interpretanda*, c. Cum dilectus de conſuetud. Ioann. Mar. Nouar. q. forenſ. lib. 1. q. 91. num. 7. 50

Et ſecundum intentionē proferentis, l. Si quis intentione, 66. D. de iudic. 51

Et quando verba ſunt ambigua, nec aliter de voluntate diſponentis conſtat; vitiatur diſpoſitio, l. In ambigua, D. de reb. dub. l. Duo ſunt Titij, D. de teſtament. tutel. 52

In delictis verba ambigua in meliorem partem accipi debent, l. Si Præſes, & l. Pen. D de pœn. l. Hæc enim cauſæ, 4. D. ne ſuſpect. tutor. 53

VERBA *vniuerſalia omnia includunt, quia qui omne dicit, nihil excludit*, l. Iulianus D. de legat. 3. Cardin. Tuſch. tom. 8. lit. V. cōcl. 121. *&* 54

Digitized by Google

notatum eſt ſupra, liter. O. numer. 17.

55 *Reſtringitur, ſecundum ſubiectam materiam*, l. 3. §. ſi quis hæredi, D. de ſtat. liber. Rot. Roman. apud Farinac. deciſ. 542. numer. 4. tomo 2. part. 1.

56 *Reſtringitur etiam, ne abſurdi, aut iniqui quidquam ſequatur*, l. Vt gradatim, §. ſed ſi lege, D. de muner. & honor. Mari. Antonin. variar. libr. 2. reſol. 40. num. 11 & 18. *aſſerens* num. 12. & 19. *reſtringenda ad id quod eſt æquũ, & ne quis indebite damnum patiatur, vel ad alium lucrum indebité cum alterius iactura perueniat.*

57 VERBA *generalia, generaliter ſunt intelligenda*, l. 1. §. Quod autem, D. de aleator, l. In fraudem, & ibi Bal. D. de teſtament. milit. l. De pretio, D. de public. in rem act. l. Si ſeruitus, D. de ſeruit. vrban. prædior. l. Regula, §. vlt. D. de iur. & facti ignor. l. final. in fin. C. de dot. promiſſ. l. Si finita, §. De cæteris, D. de damn. infect. l. 1. §. Generaliter, D. de legat. præſt. Afflict. deciſ. 319. nu. 3. Tiraq. in l. Si vnquam, in princip. num. 128. C. de reuoc. donat. Thom. de Thomaſet. regul. 131. Surd. deciſ. 122. num. 1. & conſ. 271. n. 28. Oxed de incompatibil. benef. p. 1. cap. 14. nu. 20. Burg. de Paz con. 17. num. 2. Valaſc. conſul. 113. n. 21. Ioan. Franc. Leo in Theſaur. fori Eccleſiaſt. p. 2. c. 6. n. 70. Portol. in tractat. de conſortibus, & fideicommiſſ. legal. c. 6. n. 16. Aloyſ. Ricci. deciſ. cur. Archiepiſc. Neapolitan. 286 num. 5. part. 2. & in praxi rer. for. Eccleſiaſt. deciſ. 419. num. 1. & deciſ. 605. num. 2. in 1. edit. & reſolut. 356. & 529. in 2. edit. Fran. Molin. de ritu nupt. lib. 3. q. 87. n. 16. Mari. Anton. variar. libr. 1. reſolut. 42. n. 3. Caldas Pereyr. de poteſtat. eligend. c. 16. num. 18. Cardin. Tuſch. tom. 8. lit. V. concl. 122. *infinitos referens* Farinac. conſil. 65. in addit. lit. G. lib. 1.

Amplia etiam in conſtitutione odioſa pœnali, correctoria, Rot. Roman. apud Farinac. deciſion. 41. numer. 19. & ſeqq. 58

Digitized by Google

ſeqq. tomo 1. p. 1.

59 *Et habent vim ſpecialis expreſſionis*, Gutier. conſ. 5. numer. 4. Gonçal. ad regul. 8. Cancel. gloſ. 9. numer. 23. cum ſeq.

60 *Reſtringuntur tamen ad ſuas cauſas*, Crauet. conſil. 171. numer 13. *allegat* text. *quem ponderat*, in capit. Si à ſede de reſtit. ſpoliator libr. 6. *quem debuit allegare* tit. deprӕben. in 6. Flamin. de reſig. libr. 9. quӕſt. 17. num. 94.

61 *Et quamtumuis generalia, debent reſtringi ad rationẽ, & cauſam propter quam fuerunt prolata, & intelligenda ſunt ſecundũ ea, quӕ prӕcedunt*, l. Non eſt nouum, D. de legib. l. Hӕres meus, §. 1. D. de leg. 1. Menoch. conſ. 496. n. 54. Surd. conſil. 431. n. 12. *iunctis notatis ſupra* lit. P. n. 126.

62 *Reſtringunturque ad habilia*, l. Vt gradatim, in princ. D. de muner. & honor. l. 1. in princip. C. de ſacroſ. Eccleſ. Menoch. D. de recuper. poſſeſſ. remed. 4. n. 755. & de retinen. poſſ. remed. 1. n. 38 Sur. dec. 112. num. 2. Fran. Molin. de ritu nupt. lib. 3. q. 85. n. 61. Caſtil. controuerſ. libr. 5. part. 2. cap. 89. numer. 15. Stephan. Gratian. diſcept. forenſ. tom. 4. cap. 724. numer. 18. Ioann. Mar. Nouar. quӕſt. forenſ. libr. 1. q. 8. num. 5.

Vbi autem de fauore publicӕ vtilitatis agitur, verba generalia ad habilitatem non reſtringuntur, l. Si quis in graui, §. Vtrum, vbi Bar. D. ad Syllan. 63

Reſtringuntur etiam verba generalia, vt caſus inſolitos nõ includant, Rimin. Iun. con. 40. num. 21. libr. 1. Flores Diaz variar. q. 24. nu. 33. 64

Nec ad incogitata extendantur, l. Cum Aquilianana, D. de tranſact. cap. Ne quis, vbi gloſ. vlt. 22. q. 2. 65

Reſtringuntur etiam per verbum ſpeciale adiunctum, Hieronym. Portol. de conſort. & fideicommiſ. legal. capit. 6. num. 10. 66

Et ex adiuncto interpretationem accipiunt, l. Sed ſi adijciatur, 13. & ibi gloſ. D. pro ſoci. *Cũ pluribus alijs, quӕ recenſet*, Sur. conſil. 34. num. 39. & conſ. 315. num. 26. 67

Digitized by Google

68 *Reſtringuntur præterea, vt omnis abſurditas euitetur*, l. Scire oportet, §. Aliud, D. de excuſat. tutor. leg. 1. D. nequid in loco ſac.

69 *Et ex veroſimili diſponentis mente* l. Lutius, 2. D. de legat. 2. l. Creditor. §. Lutius D. mandat.

70 *Et ad conſonum intellectum* dict, l. 1. §. Quod ait. D. nequid in loc. ſac.

71 *Nec ad ſpeciales cauſas, res, vel perſonas extenduntur*, Eugen. Peruſ. conſil. 13. num. 34. lib. 1. Flores Diaz dict. quæſt. 24. num. 33. *Vbi quod nec comprehendunt ea, quæ ſpeciali nota digna ſunt, ex* Quintil. Mandoſ. ad regul. Cancel. regul. 13. quæſt. 5. numer. 4.

72 *Et verba generalia reſcriptorum reſtringuntur ſecundum ius commune*, Garci. Girond. de priuileg. ſeu exemption. explicat, numer. 275. *vbi* numer. 276. *idem aſſerit de verbis generalibus Statutorum, &* numer. 724. *quod in verbis generalibus, Principi reſeruata non veniunt.*

73 VERBA *ſecundum veriſimilitudinem ſunt intelligenda, quando de mente non conſtat*, Cardinal Tuſch. tom. 8. liter. V. concluſ. 94. Ioann. Mar. Nouar. quæſt. forenſis libr. 1. quæſtion. 1. numero 16.

VERBA *ad intellectum poſſibilem referenda ſunt*, l. fin. in princip. C. de contrah. & commit. ſtipul. l. Stipulatio, iſta, §. Hi qui ſunt, D. de verb. oblig. 74

VERBA *quæ de iure intelligi non poſſunt, de facto intelliguntur*, l. Mulier. §. 1. D. de condit. inſtit. l. Hæredibus, §. fin. in fin. D. ad S. C. Trebel. l. Stipulatio iſta, §. Hi qui ſunt, D. de verbor. oblig. 75

VERBA *ſecundum tempus prolationis intelligi debent*, l. Si ita, D. de auro, & arg. legat. l. final. § 1. D. de legat. 2. l. Nomen, §. 1. D. de legat. 3. l. Rutilia Polla, D. de contrahend. emption. Surd. conſil. 454. numero 13. Maſcard. de probation. concluſion. 1416. Valaſc. conſult. 58. num. 3. Cardoſ. in pra- 76

praxi iudic. & aduocator. verb. Verbum numer. 10. & 11. Ioann. Mari. Nouar. q. forenſ. libr. 2. quæſt. 127. numer. 2.

77 VERBA *per prius, non per poſterius, intelligenda ſunt*, l. Boues, §. Hoc ſermone (vbi plene Tiraquel.) D. de verb. ſignificat. l. Qui liberis, §. Hæc verba, D. de vulg. & pupill. ſubſtitut. Ioſeph. de Seſſ. Aragon. deciſion. 64. num. 86. Caſtill. controuerſ. lib. 5. part. 2. cap. 131. numer. 8. & ſeqq. Vincent. Fuſar. de ſubſtitut. quæſtion. 320. numer. 21.

78 VERBA *ita ſunt interpretanda, ne ſibi inuicem contradicere videantur* capit. Inter dilectos, §. Cæterum, de fide inſtrument. Bartol. in l. fin. §. Idem quæſijt, verſic. Circa prædicta, D. de condict. indebit.

79 VERBA *debent intelligi eo reſpectu, quo prolata ſunt*, l. Debitor, §. final. D. ad S. C. Trebel. l. Si pater, §. Qui duos, & ibi not. Bal. D. de adopt.

VERBA *non ſufficiunt vbi opus eſt facto*, l. Non omnes, §. final. D. de re milit. l. Peculium, in fin. princip. D. de pecul. l. Iulianus, §. Offerri, D. de action. empt. l. 1. §. Tuliſſe in fin. D. ad Syllan. capit. 1. & 2. de ſequeſtr. poſſeſſ. & fruct. vbi DD. Bellac. tomo 2. commun. opin. libr. 8. titul. 27. de ſolut. numer. 16. pagin. mihi 392. Eſcobar de ratiocin. capit. 15. num. 44. Cardin. Tuſch. tomo 3. liter. F. concluſion. 21. Stephanus Gratianus diſception. forenſ. tomo 4. capit. 725. numero 32. & c. 767. numer. 37. Statil. Pacific. de Saluian. interdict. inſpect. 4 capit. 1. numer. 173. 80

VERBA *non mutant ſubſtantiam rei*, l. Cum falſa, C. de iur. & facti ignora. Menochi. conſil. 372. numero 18. cum ſeq. 81

Nec verborum multiplicatio non neceſſaria, l. Pediculis, §. Labeo, D. de aur. & argent. legat. Bertazol. de clauſul. inſtrument. clauſul. 4. gloſ. 3. num. 3.

Digitized by Google

82 VERBA *contrahentium à diſpoſitione legis limitationem recipiunt*, l. Quarto, §. Inter locatorē, D. locat. l. Quidam cum filium, D. de verborum obligat. Alex. conſil. 133. (incip. Super quæſitis) col. 1. vol. 5.

83 VERBA *praecedentia declarant ſequentia, & è conuerſo*, l. Si ſeruus, plurium, 50. §. final. D. de legat. 1. Surd. deciſ. 288. numer. 30. cū ſeqq. Farinac. in praxi criminal. part. 4. conſil. 30 numer. 115. & conſil. 65. num. 110. Mari. Anton. variar. libr. 3. reſolut. 1. num. 60.

Et magis declarant ſequētia, quam è contra, Cephal. conſ. 510. num. 16. Vincent. Fuſar. de ſubſtitit. quæſt. 351. num. 16. *Iungeque notata ſupra*, lit. S. numer. 25. cum duobus ſeqq.

84 VERBA *clara non indigent interpretatione*, l. Licet Imperator, Cardinal. Seraphin. Rot. Roman. deciſion. 762. numer. 1. Cardinal. Tuſch. tom. 8. liter. V. concl. 108. *Nec coniecturis, notauimus ſupra*, lit. C. num. 74.

VERBA *quæ aliquid præſupponunt, circa illud non diſponunt*, l. Ex facto la 1. D. de hæred. inſtitu. leg. Neque enim, §. Si ſeruum, D. de milit. teſtament. leg. Generaliter, §. Si is qui tutorem, D. de fideicommiſ. libert. 85

VERBA *vbi non conueniunt, diſpoſitio non habet locum*, l. 4. §. Toties, D. de dānat. infect. l. Quod conſtitutum, D. de milit. teſtament. Cardin. Tuſch. tom. 8. lit. V. concluſ. 89. Mari. Anton. variar. libr. 3. reſolut. 9. numer. 4. Caſtill. controuerſ. lib. 5. part. 2. cap. 82. num. 11. & numer. antecedentibus *de regula hac affirmatiua, & plene de materia* à numer. 1. cum ſeqq. *Et verba legis cui non conueniunt, nec conuenit eius diſpoſitio, diximus ſupra*, liter. L. num. 21. 86

VERBA *geminata magis operantur, maiorem deliberationem, & enixam voluntatē inducunt*, l. Baliſta. D. ad Trebellian. Bertazol. de clauſul. inſtrum. clauſ. 4. gloſſ. 2. Cardin. Tuſch. tom. 4. lit. G. concluſ. 28. numer. 2. & to- 87

Digitized by Google

tomo 8. lit. V. concluſ. 158. *cum citatis ſupra* liter. G. numer. 1.

88 **V**ERBA *legum non in abſtracto, ſed in concreto intelligi, & accipi debent*, l. Si in rem in principi. D. de rei vend.

89 **V**ERBA *narratiua ob aliud prolata non probant, notauimus ſupra*, liter. A. numer. 550.

90 **V**ERBA *enuntiatiua non inducunt diſpoſitionem*, l. Si quis ita inſtituatur hæres ſi legitimus, D. de hæredibus inſtitut. vbi gloſ. per illa verba, Si legitimus hæreditatem non vindicauerit, hæres eſto, Menchac. controuerſ. illuſtr. capit. 30. numer. 8. Camil. Gallin. de verborum ſignificat. libr. 5. cap. 14. num. 8. Cardinal. Tuſch. liter. V. concluſ. 82. Stephanus Gratian. diſceptation. forenſ. tomo 2. capit. 111. num. 90. Nicola. Genu de verb. enunciatio. lib. 1. quæſtion. 3. per tot. *Vbi copioſiſſime, apud quos ampliationes, & limitationes ad ſaturitatem videre licet.*

91 *Nec verba enunciatiua probant*, Gratian. conſil. 143. n. 15. lib. 2. Pari. conſil. 77. n. 30. lib. 3. Cephal. conſ. 608. numer. 51. lib. 4. Decian. cō ſil. 32. num. 75. libr. 2. Cornaz. deciſ. Lucenſ. 212. nu. 9. Bardell. conſil. 49. num. 30. Caball. conſil. 123. numer. 7. lib. 2. Nicola. Genu. dict. tractat. libr. 1. quæſt. 4. per tot. *Vbi ampliationes, & limitationes, per centum quinquaginta, & quinque numeros proſequitur in axiomatis, & cōcluſionis huius confirmationem ponderans* text. in l. Lutius Titius teſtamento, §. Quis quis mihi hæres erit, D. de legat. 2. numer. 2. *plene etiam* Cardin. Tuſch. lit. V. concluſ. 81.

VERBIS *ſubtiliter non eſt dialecticandum*, Cardin. Mantic. de coniectur. vltim. volunt. lib. 1. titul. 1. num. 4. Anton. Monach. Florenti. deciſ. 72. num. 27. 92

Subtilitas namque reprobatur, vt diximus ſupra, liter. S. numer. 68. 93

VERBIS *legem non imponimus ſed rebus, notatum eſt ſupra*, L. num. 33. 94

95 VERBORVM *tenor ſemper eſt attendendus*, l. Sancimus C. de fideiuſſor. l. Ad probationem, C. de probat. l. Si ſtipulatus ſit Stichum, & l. Si ita ſtipulatus, §. Griſogonus, ad fin. D. de verbor. obligation. l. Fideiuſſores Magiſtratuum, §. 1. D. de fideiuſſor. *cum late cumulatis* ab AEmilian. conſ. 4. Viui. deciſ. 336. num. 3. & 4. libr. 2. *refert* Franc. Molin. de ritu nupt. libr. 1. cap. 20. num. 7. Anton. Gamm. deciſ. Luſit. 38. num. 2.

96 VERBO *quod quis non expreßit, non videtur mente cogitaſſe* Cap. Tua, de ſponſal. cum ibi notatis Cardin. Tuſch. tom. 8. lit. V. concl. 89. num. 3.

97 VERBORVM *abundantia vltra intentionem contrahentium operari non debet*, argum. leg. final. C. quæ res pignor. obligari poſſunt, l. 3. C. de liber. præter. Anton. Gamm. deciſ. Luſit. 38. num. 2. *vbi limitat, & intelligit.*

